



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

Liber CLXXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
CONTINUATÆ  
LIBER CLXXIV.

GREGORIUS XIII. PONTIFEX MAXIMUS,  
MAXIMILIANUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Lutheranorum molimina de Græcis  
ad suam Sæctam pertrahendis.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

*Spond. An-  
nal ad hunc  
ann n 16.  
Emanuel  
Malax  
Poffev.  
Melchior  
Adam in vit  
German.  
Theolog.*

**H**oc anno Germaniæ Protestantes spurio suæ sectæ Zelo animati rursus rem aggressi sunt, quæ tamen jam anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono eis male cesserat; quippe Græcos sollicitabant, ut & ipsi eorum doctrinæ suffragarentur: eapropter denuo Confessionem Augustianam transmittabant ad Jeremiam, qui duobus abhinc annis Græcus erat Patriarcha Constantinopolitanus: huic autem confessioni simul adjiciebant præfationem, qua jactitabant, quod septem primorum Conciliorum fidem sequerentur: verum insuperhabitis cunctis sollicitationibus, quibus Patriarcham

cham urgebant, nihil ab eo impetrare poterant: quinimo hic eis minitabatur, quod tunc, si ab importunitate sua desistere nollent, eorum quoque errores refellere velit: insuper eisdem exprobrabat, quod temeritate haud toleranda sibi persuadere auderent, quod ipsi magis scirent, quam vetus, novaque Roma, simulque primitivæ Ecclesiæ Theologos, qui tamen eis re ipsa adversantur, ore tenus duntaxat honorarent, ac nonnisi eorum argumenta eludere niterentur.

## §. II.

*Jeremiæ Patriarchæ scriptum contra Lutheranos.*

Enimvero Patriarcha, quæ comminatus est, brevi opere explevit; scripsit enim græco idiomate contra Protestantes quemdam librum, quem Stanislaus Socolvius Stephani Bathorii Poloniæ Regis Theologus latine reddidit, sub titulo: *Censura Ecclesiæ Orientalis*. Ibi Jeremias singulos Augustanæ Confessionis articulos confutabat, atque inter alia illius Sectatores his verbis alloquebatur. „Vos nonnisi quædam Sacramenta admittitis, imo & hæc multis erroribus contaminatis, cetera autem tanquam traditiones non modo in sacris literis non contentas,

P 2

„sed

**Sæcul. XVI.** „sed etiam illis adversas rejicitis, quam  
**A C. 1574.** „in rem Veteris, & novi Testamenti  
 „textus corrumpitis: insuper asserere  
 „non erubescitis, quod sanctus Joannes  
 „Chryostomus, qui chrisma approbat,  
 „sefe torrente abripi passus sit: præ-  
 „terea vos rejicitis Patrum auctori-  
 „tem, & vobismetipsis Theologorum  
 „nomen arrogare præsumitis, necnon  
 „invocationem Sanctorum vanam, &  
 „frivolam esse asseritis, eorumque Ima-  
 „gines contemnitis, Sacras illorum re-  
 „liquias, ac cultum illis exhibitum lu-  
 „dibrio habetis, quem errorem a Ju-  
 „dæis suffurati estis, præterea sacramen-  
 „talem, quam quis alterutri nostrum  
 „deponit, peccatorum Confessionem, nec  
 „non statum monasticum vitæ angelicæ  
 „imitatricem annihilatis, hinc vobis  
 „declaramus, quod veri Theologi lon-  
 „ge a vestris dissimiles sacræ Scripturæ  
 „verba, in quibus hæc veritates conti-  
 „nentur, nequaquam ita interpretati  
 „sint, sicut vos facitis, propterea ne-  
 „quaquam veterum Theologorum sen-  
 „tentiam spernere, eisque vestrorum  
 „Theologastorum deliria præferre de-  
 „buissetis: porro hæc nostra est respon-  
 „sio: de cetero monemus vos, ne post-  
 „hac nobis molesti fitis, neque amplius  
 „vestra scripta hanc in rem ad nos mit-  
 „tatis; nimis enim proterve agitis cum  
 „præ-

„præclaris hisce Ecclesiæ luminibus, Sæcul. XVI.  
 „magnisque istis Theologis, nam fingi- A.C. 1574.  
 „tis perinde, ac si eos honorare veletis,  
 „re tamen ipsa illos rejicitis, nobisque  
 „eripere fatagitis divinos illos sermo-  
 „nes, quibus vestros errores oppug-  
 „namus. (\*)

## §. III.

(\*) *Hujus facti historici, addit Gravesonius Hist. Eccl. part. 7. coll. 4. veritatem confirma- runt Episcopi Græci, qui anno 1672. in Synodo Bethleemica ad damnandos Calvinistarum errores congregati hoc testimonium protulerunt his verbis: Martinus Crugius Tubingensis, ceterique cum eo novitatum Lutheri peritiores (inquiunt Episcopi Græci Synodi Bethleemicae) suæ capita professionis ad eum, qui Catholicæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ id temporis clavum tenebat (seu Jeremiam) direxerunt, quatenus (ut dicebant Lutherani) dignosceret, an cum orientali Ecclesia de doctrina convenirent? verum ad illos, imo & contra ipsos insignis ille Patriarcha sermones tres, seu magis peritas responsiones rescripsit, quibus & omnem eorum hæresim Theologicè juxta, ac Catholicè confutabat, & orthodoxas opiniones, quascunque a principio Ecclesia obtinuit Orientalis, eos edocebat: quamquam illi, seu Lutherani, æquaquam attenderent, quippe nuntium pie-*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

§. III.

*Pontificis apparatus pro celebrando  
anni sequentis Jubilæo.*

Ciacon in  
vit. Pontif.  
t. 4. p. 8.

Interea summus Pontifex Gregorius  
XIII. Romæ pro Anni sacri solem-  
nitate magnos fecerat apparatus; huic  
enim festivitati jam pridie ad Domi-  
nicæ Nativitatis festa hoc anno Christi mil-

tari penitus remiserunt: habetur liber iste  
Græcæ, & latine editus Wittembergæ in  
Germania anno Salutis millesimo quingentesi-  
mo octogesimo quarto, sed & ante Patriar-  
cham istum nomine Jeremiam, Joannes Na-  
thanael Presbyter, & Oeconomus Constanti-  
nopoleos in tractatu, quem de expositione  
sacræ Liturgiæ edidit, ac rursus post eun-  
dem Jeremiam Gabriel Severus Moreanus,  
Fratrum nostrorum Cretensum Archiepisco-  
pus in libro, quem de septem Ecclesiæ Ca-  
tholicæ Sacramentis composuit, Universam  
Ecclesiæ orientalis doctrinam manifestius ex-  
hibuere. Ex hoc Græcorum Episcoporum,  
qui ad damnandos Calvinistarum errores  
ad Synodum Bethlemiticam anno mil-  
lesimo sexcentesimo septuagesimo secundo  
convenerunt, locupletissimo testimonio evi-  
denter colligitur, causæ, quæ permovit  
Ecclesiam orientalem ad profligandos Luthe-  
ranorum errores, locum, & occasionem de-  
disse

millesimo quingentesimo septuagesimo quarto initium dandum erat, ut vero peregrini eo facilius Ecclesiam sancti Joannis in Laterano frequentare possent, plateam admodum commodam ab Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris usque ad Basilicam sancti Joannis aperiri, simulque porticum ruinæ proximam in eadem Ecclesia sanctæ Mariæ reparari iussit. Ceterum diploma, quo hic annus sacer indicebatur, die secunda Maji datum, & vigesima ejusdem Mensis die Dominica in octava Ascensionis

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

*Spond. hoc  
ann n. 19.  
Duchesne  
hist. des  
Papes p. 434.*

diffe ipsosmet hæreticos Lutheranos, qui Ecclesiam orientalem provocarunt, nihil que intentatum reliquerunt, ut hæc Ecclesia, quam ab Ecclesia Romana separatam cernebant, approbaret Lutheranam Confessionem Augustanam, quin eo impudentiæ, & audaciæ proruperunt Lutherani, ut palam assererent, seu potius mentirentur, Ecclesiam orientalem in dogmatibus fidei idem plane cum ipsis sentire. Ea Lutheranorum audacia necessitatem imposuit Ecclesiæ Orientali hanc teterrimam sibi impactam calumniam repellendi, atque tum in Synodis, tum editis libris publice declarandi, Doctrinam suam in fidei dogmatibus longe, lateque discrepare ab erroribus, quos spargebant, & obstinatis animis propugnabant Lutherani.

Sæcul. XVI  
A.C. 1574

tionis fuit promulgatum: die autem decima nona Decembris, quæ erat quarta Adventus Dominica, Camillus Burgheſius Cardinalis Anni ſacri ſolemnitatem inchoavit, ac Pontifex in Patrum Senatu, priuſquam Jubilæo initium daretur, habito ad Purpuratos ſermone illos ad pietatis exercitia hortabatur, ac pridie ad naſcentis Domini feſtivitatem die vigesima quarta Decembris ante veſperinas laudes ad Baſilicam Divi Petri acceſſit, ut muro obſtructam, quæ nonniſi hac in occasione aperitur, portam ſancſtam referret, quam Papa aureo martello tribus ictibus percutiens hæc Pſalmi centeſimi decimi ſeptimi verba pronuntiabat: *Aperite portas juſtiæ &c.* His prolati lapides, quibus porta obſtruebatur, dejecti fuere, ubi Pontifex prope eandem in genua procubuit, & Pœnitentiarii, qui Eccleſiæ Divi Petri ſerviunt, illam aqua ſalutari lavabant, quo factò Papa arrepta Cruce Hymnum Ambroſianum intonans unacum Clero Eccleſiam ingreſſus eſt. Sub idem quoque tempus tres Cardinales Legati ad ceteras tres portas ſancſti Joannis in Laterano, ſancſti Pauli, & ſancſtæ Mariæ Majoris mittebantur, ut eadem ſolemnitate hæc portas aperirent.

Porro



Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

Porro portam in Ecclesia Divi Pauli referabat Moronus Cardinalis sacri Collegii Decanus, qui vices Altempfii Cardinalis tunc morbo præpediti supplebat: Antonius vero Columna portam sancti Joannis in Laterano, atque in Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris Sfortia ejusdem Basilicæ Archipresbyter aperiebat. Altera die in festo Nativitatis Dominicæ peracta re divina Pontifex ensam, ac pileum nocte præcedenti sacrum Cliviensi Duci donabat, simulque omnes indulgentias extra Urbem revocabat, adeo, ut præter Jubilæi veniam nulla alia vigeret. Ceterum tam ingens erat confluentis populi frequentia, ut in Urbe Romana trecenta hominum millia ex variis provinciis numerata dicerentur, atque in Nosocomio ad Sanctissimam Trinitatem in una die septem, ac ferme octo peregrinantium millia hospitio fuissent excepta, ubi Cardinales largissimis eleemosynis eminebant, præcipue vero Cardinalis Montaltus, qui charitatem suam præsertim exercebat erga peregrinos nullo hospitio exceptos, necnon erga infirmos, atque Ordinis sui Religiosos, qui sacro hoc thesauro potiundi desiderio, aut curiositate acciti Romam venerant: porro de hoc Cardinale omnino constat, quod is cunctis populis præclara

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

suæ pietatis, Zeliq̄ue exempla præ-  
buerit.

## §. IV.

*Joannis Riccii Cardinalis obitus.*

Ciacon. t. 3.  
pag. 771.  
Aubery vie  
des Cardin.  
Petrus Ju-  
stin. hist.  
Vercet Ug-  
hel. Ital.  
Sacra.

Priusquam Lotharingius Cardinalis, cujus etiam obitum ad exitum prioris libri recensuimus, vita fungeretur, ex Purpuratis quatuor alios sacri Collegii consortio mors eripuit, quos inter primus erat Joannes Riccius Politianus in Montepolitiano Etruriæ oppido ortus ex familia minus illustri, quam fuit illa, quæ Florentiæ sedem fixerat. Ceterum Joannes Patrem habuit Antonium Riccium, qui uxore sua orbatus ad secundas nuptias transiit, cum autem Joannes annos quindecim, aut ferme sedecim natus Novercæ suæ odio vexaretur, Romam se contulit, ubi a quodam Nobili Patris sui amico benigne exceptus apud Joannis Mariæ Cardinalis Montani œconomum esse jussus est, cujus Cardinalis gratiam ob solertiam suam promeritus est, adeo, ut tunc, cum ipsemet Palatii Magister vita fungeretur, in ejus locum succederet, ubi in illo munere se talem præbuit, ut dein, cum Alexander Farnesius Cardinalis, Pauli III. nepos Magistram domus quæreret, nullum, qui sibi satisfaceret, præter Joannem inveniret.

Cum

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

Cum autem Farnesius hunc juvenem ingenii acie, miraque in rebus gerendis dexteritate præditum esse cognosceret, illius opera in pluribus magni momenti negotiis utebatur, quæ Joannes cum summo honore perficiebat, sæpe in Franciam, Germaniam, & Belgium ablegatus: inde vero rediit sacrae militiæ nomen dabit, atque a Paulo III. Clericus Camerae Apostolicæ renunciatus, dein trina vice in Hispaniam, & Lusitaniam, ubi Internuntii munere fungebatur, decretus est: porro cum Romam reversus, Montanum Cardinalem suum pristinum Patronum assumpto Julii III. nomine ad Divi Petri Cathedram evectum cernebat, ab eodem pluribus favoribus augebatur; quippe a recens electo Pontifice Archiepiscopatum Sipontinum, & non multo post Episcopatum Clusinum obtinuit, ac demum in tertia Cardinalium electione inter Presbyteros Cardinales titulo sancti Vitalis mense Novembri anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo cooptatus est: insuper a Pio IV. Ecclesiam Montepolitianam in Cathedrali evehi, atque huic Episcopatu Spinellum Bencium præfici impetravit, quo defuncto Riccius Cardinalis successit, atque Pisanum Archiepiscopatum

Sæcul. XVI.  
A. C. 1574  
tum adeptus ibidem pro suæ Nationis juvenibus Collegium erexit. Mortuo Pio IV. Pontifice in sacris comitiis Cardinales plures sua in eum suffragia conferebant, quamvis in Papam non eligeretur: subrogato autem Pio V. sancti Vitalis titulum dimisit, atque illum sanctæ Mariæ Trans-Tyberim adoptavit, dein creatus Albanensis Episcopus: præterea rursus quosdam Purpuratos sibi suffragantes habuit, cum Gregorius XIII. Pontifex renuntiaretur: eo autem Divi Petri Cathedram moderante Riccius die tertia Mai Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto obiit anno ætatis suæ circiter septuagesimo septimo: natus enim erat Anno Salvatoris nostri millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Corpusque ejus Romæ in sancti Petri de Monte aureo sacello a se ædificato terræ mandatum est.

§. V.

*Antonius de Crequy Cardinalis mortuus.*

*Ciacon.*

*pag. 967.*

*Aubery l. c.*

*Frizon Gall.*

*Purp.*

Alter ex Cardinalibus erat Antonius de Crequy natione Gallus, Filius secundo genitus Joannis Crequii, & Mariæ Acigne de Boscobello. Ceterum Antonius ex S. Juliani Turonum Abbate, Præpositus S. Petri de Selincourt,

Sæcul XVI.  
A C. 1574.

court Ordinis Cisterciensis creabatur, qui hæreditario jure plurima domus suæ bona possederat, & postea militiæ sancti Michaelis Eques electus, demum ab Henrico II. Teruanæ, quæ hodie Bononia maritima appellatur, Episcopus, & postea Nannetensis Præsul nominatus fuit, anno autem Christi millesimo quingentesimo sexagesimo primo dimisso hoc Episcopatu Ambianensem sedem obtinuit, quam urbem die prima Januarii anno sequenti ingressus est: denique cum apud Carolum IX. gratia, & auctoritate plurimum valeret, ad eisdem Regis preces quamvis absens in quarta Cardinalium inauguratione a Pio IV. facta die duodecima Martii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Romana purpura decorabatur, ac Cardinalis Presbyter titulo sancti Tryphonis creabatur. Ceterum cum hic Cardinalis calculi doloribus graviter afflictus decumberet, Medici convenere deliberaturi de remedio afferendo, ubi eorum aliquis suavit, ut Antonius commercium haberet cum muliere, eo quod sic certo certius sanitatem recuperaturus esset, quo illi significato respondit; *absit, ut jacturam æternam animæ faciam pro sanitate temporanea cadaveris*: porro ex hac vita migravit die vigesima octava Maji, seu

Sæcul. XVI. seu juxta alios die vigesima Junii anno  
A.C. 1574. salutis millesimo quingentesimo septua-  
 gesimo quarto in civitate Ambianensi  
 sepultusque fuit in sua Ecclesia Ca-  
 thedrali: postquam magnam pecunia-  
 rum summam in supremis tabulis Ec-  
 clesiis diversis ad pios usus contulit:  
 eundem oratione funebri laudavit ja-  
 cobus Seguiet Canonicus, & Cancel-  
 larius Ambianensis.

## §. VI.

*Cribellii Cardinalis extrema.*

*Ciacon. &  
 Aubery l. c.  
 Andr. Villo-  
 rel. in add.  
 ad Ciacon.*

Tertius inter Purpuratos hoc anno fa-  
 tis functus erat Alexander Cribel-  
 lius Mediolanensis ex nobili Cribellio-  
 rum familia natus, ex qua Urbanus III.  
 Papa, pluresque alii Viri ad Beatorum  
 album relati prodire. Alexander ad-  
 huc juvenis profanam militiam profes-  
 sus erat, in patriam vero reversus uxorem  
 duxerat ibidem Senatoris munere  
 functus, mortua tamen conjuge a Pio  
 IV. Romam accersitus Cariatensis in  
 Calabria Episcopus die decima Martii  
 Anno Redemptoris millesimo quingen-  
 tesimo sexagesimo primo creabatur, ac  
 demum Sedis Apostolicæ Nuntius in  
 Hispaniam ablegabatur, quam etiam le-  
 gationem obiens ab eodem Papa Anno  
 Christi millesimo quingentesimo sexa-  
 gesimo quinto Cardinalis Presbyter ti-  
 tulo,

tulo sancti Joannis ante Portam Latinam, & postea Legatus a Latere apud Hispaniæ Regem nominabatur: inde vero Romam redux mutato Ecclesiæ suæ titulo illum de Ara Cæli assumpsit, necnon Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo sexagesimo octavo suum Episcopatum ultro dimisit, postquam Collegium, ubi juvenus familiæ Cribellinæ literis institueretur, in urbe ædificavit: tandem sub Gregorio XIII. cujus, uti etiam Pii V. antecessoris comitiis interfuerat, die vigesima secunda Decembris anno Salutis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto ætatis sexagesimo tertio, seu sexagesimo sexto, e vita abiit, & in Ecclesia sui tituli conditus est.

§. VII.

*Aquavivæ Cardinalis decessus.*

Denique quartus erat Julius Aquaviva Arragonensis ex illustri Neapolitani Regni stirpe in plurimos ramos diffusa ortus, nam ex Gioræ Comitum, & Atriæ Ducum genere descendit, fuitque natus minor Joannis Hieronymi Aquavivæ Arragonii, ac Atriæ Ducis, & Margaritæ Piæ filius, qui meritis suis, ob quorum famam Pio V. probe erat notus, hujus Pontificis gratiam promeruit, atque ab eodem utriusque

*Ciacon.  
pag. 1061.  
Gabut. in  
vita Pii V.*

ut

Sæcul. XVI  
A.C. 1574.

ut vocant, Signaturæ Referendarius fuit renuntiatus, etsi vix vigesimum ætatis suæ annum attigisset: postea legatione ad Philippum II. Hispaniæ Regem decoratus sacrae jurisdictionis jura conservare, eaque violenter a regis Ministris Mediolani violata tueri jubebatur, quo munere digne functus annos natus viginti quatuor a Pio V. Cardinalium Collegio adscriptus est. obtento titulo sancti Callisti, quo paulo post mutato titulum sancti Theodori adoptavit, Cardinalium Diaconorum numero accensus. Hic idem quoque unacum aliis a Pio V. ad æternam gloriam evoluturo accersitus fuit, ejusque morti interfuit, ab eodem piis admonitionibus firmatus: præterea Julius suffragium suum in comitiis Pontificiis Gregorio XIII. dederat, tandem vero die Mercurii duodecimas calendas Augusti obiit anno sui Cardinalatus quarto, qui erat a Nativitate Christi millesimus quingentesimus septuagesimus quartus, illius vero ætatis nonnisi vigesimus octavus: porro corpus ejus in Ecclesia Lateranensi sepultum fuit. Hujus Cardinalis germani fratres fuere sex, non mirum. I. Octavius Aquaviva a Gregorio XIV. Cardinalis creatus anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo. II. Horatius insignis Theologus

Ordin



Ordinis Cisterciensis Monachus, & Sæcul. XVI.  
 Episcopus Cajacensis. III. Rudolphus, A.C. 1574.  
 qui nuntio rebus humanis remisso, totum se Deo in Societate Jesu consecravit, & sanguinem pro Christi fide in Indiis fudit: IV. Antonius, qui Militum Venetorum Tribunus in Corcyræ Insula e vita migravit: V. Adrianus, qui Comitum Conversanorum, & Noctorum stirpem propagabat: VI. Albertus ceterorum natu minimus Atriæ Dux, qui Beatricem Lannoyam Sulmonis Principis Filiam duxerat.

§. VIII.

*Antonii Muchii, seu Democharis fata.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, quibus La Croix du Maine  
 hoc anno mors calamum excussit, Bibl. Franc. Dupin Bibl. t. 16. p. 115.  
 præprimis numeratur Antonius Muchius Reffoniæ Bellovacensis Diæcesis pago Compendiam inter, & Raugam sito natus. Is Parisiis percurso studiorum curriculo Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo secundo in Universitate Professor, ac septimo post anno illius Rector creatus est: postea autem Doctoratus laurea in Facultate Theologica decoratus in Novidunensi Ecclesia Metropolitana Canonicatum obtinuit: cum vero Lotharingii Cardinalis benevolentiam sibi captaret, ab Hist. Eccles. Tom. XLIX. Q eodem

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

eodem itineris focius ad Synodum Tridentinam seligebatur, zelo quidem, ac pietate insignis, nunquam tamen profundioris eruditionis laude clarus, cum unice in inquirendis, atque impugnantibus Protestantibus emereret, ubi nunquam vehementia minus æquitati consona eos adoriebatur: erat enim hæreticæ pravitatis Inquisitor in Galliis contra eos, qui novam sectam profitebantur, quo tamen munere hæreticorum invidiam sibi vel maxime accersebat, & diceriis in ejus contemptum sparsis ab illis lacebatur, donec tandem Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Parisiis Facultatis Doctor extremum clauserat diem. Scripsit is plura opuscula, ex quibus præcipuum est tractatus de Sacrificio Missæ, quod tamen opus innumeris, iisque prorsus inutilibus digressionibus scætet, omnique sana crisi tam circa Authores, quos allegat, quam circa textuum, quos citat, selectum destitutum est.

§. IX.

*Cornelii Mussi mors.*

*Jos. Musso  
in vita Cornelii Mussi.  
Dupin p.  
114.*

Die nona Januarii eodem anno supra millesimum quingentesimo septuagesimo quarto Cornelius Mussus, seu Musso Bitutinus Episcopus, ac celebr-

Sæcul. XVI.

A. C. 1574.

berrimus sui ævi Prædicator vivis valedixit. Natus is erat Placentiæ in Italia Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo undecimo: vix autem nonum ætatis suæ annum attingerat, dum in præfata urbe Fratrum Minorum Conventum ingrediebatur, ut satisfaceret voto, quo ejus Mater, dum hunc Filium in lucem ediderat, sese obstrinxit: porro cum ingenii sui acies, memoriæ felicitas, raræque ejusdem dotes illum aliquando in eximium Prædicatorem evasurum pollicerentur, hinc Pater Jacobus Roza de Candazo, illum sibi tanquam Discipulum aggregabat, cujus magisterio juvenis hic scholaris humanioribus literis apprime imbutus tanta oris facundia Verbum Dei annuntiabat, ut intra breve temporis spatium sibi magnam nominis sui famam compararet, ac Venetiis, & Patavii cum ingenti Auditorum applausu ad populum diceret: postea autem in Theologia Doctoratus laurea insignis in Papiensi Universitate Professor stans horis Metaphysicam publice tradebat: inde vero Bononiam evocatus meritorum suffragio ad Petro-Honorianum Episcopatum evehebatur: cum autem summus Pontifex ejusdem paræneses in Evangelia percipere vellet, ac ex iis magnam voluptatem caperet, eundem Bituntinæ

Q 2 .

Ec-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

*Sarp. hist.*  
*Concil. Trid.*  
l. II. ann.

1545.  
*Pallav. hist.*  
*Cont. Trid.*  
l. 8. c. 7. n. 4.

*Ghilini the-*  
*atr. d'huomo*  
*lettr. p. 2.*

Ecclesiæ præfecit, atque ad Tridentinam Synodum ablegavit, ad cuius initium Cornelius latinum sermonem habuit, ac cum maximo applausu suas dilucidationes circa doctrinam de justificatione proposuit, simulque rigidas hypotheses circa dogma de prædestinatione rejecit: insuper ibi calumnias Curie Romanæ impactas confutavit adversus eos, qui abusus circa Episcoporum electiones, & plurium beneficiorum possessionem summis Pontificibus imputare audebant. Ceterum Cornelium, atque Archiepiscopum Materanum Legati in Synodo amplioribus honorabant elogiis, eorumque merita literis Romæ deprædicabant: hinc postquam Julius III. Paulo III. successerat, Cornelius Prælati Domestici, atque a cubiculis Minister seligebatur, quem Papa minime dimittebat, nisi postquam ejus præsentiam ibidem esse necessariam, a Synodi Præsidente edoctus fuerat: Concilio autem interrupto Mussus ad suum Episcopatum reversus, ibi substitit, usque dum Pius IV. in Papam fuerat electus, ubi Romam profectus est, mox tamen ab eodem Pontifice unacum Nepote suo in Germaniam decernebatur, quo itinere in Ferdinandi aula ejusdem Cæsaris benevolentiam sibi demerendi occasionem nactus est, hinc ibidem plu-  
rimi

Sæcul. XVI.  
A. C. 1574.

rimi habebatur : postea vero Romæ In-  
quisitionis negotiis, necnon rerum, quæ  
Tridenti agitabantur, discussione vacans  
absoluta Synodo Roma discessit, ac Bi-  
tuntum sese recipiens ibidem eliminandis  
morum corruptelis, atque explendis  
probi Præsulis partibus totum sese man-  
cipabat. Denique decem omnino an-  
nis in sua Diæcesi subsistens Pio V. fi-  
liale obsequium reddere, suamque pa-  
triam invisere, demumque Venetias  
coatendere statuit, ut ibidem quædam  
opera prælo subjici curaret, inde dein  
Romam revertebatur eodem profus  
tempore, quo Gregorius XIII. Pio V. in  
Pontificatu successerat, a quo etiam Pa-  
pa recens electo, ut ei assisteret, deti-  
nebatur, nequaquam iter suum prose-  
qui permissus, nisi postquam anno sa-  
cro initium fuerat datum: verum Mus-  
sus usque ad hanc solemnitatem vitæ  
suxæ dies protrahere haud valuit, mor-  
tuus Romæ die nona Januarii Anno  
Christi millesimo quingentesimo septua-  
gesimo quarto, ætatis suæ ferme sexa-  
gesimo tertio.

Scripsit tractatum de Diæcesium vi-  
sitatione, & visitandi modo, qui juris  
publici factus inscribitur: *Synodus Bi-  
tuntina*; reipsa enim hic tractatus com-  
plectitur acta Synodi, quam Mussus Bi-  
tunti celebrabat: insuper edidit latinum

Q 3

com-

Sæcul. XVI.

A.C. 1574

commentarium in epistolam Divi Pauli ad Romanos Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo octogesimo primo, & demum octogesimo octavo typis impressum: præterea Italo sermone elucubravit aliud commentarium in *Magnificat* Anno salutis nostræ millesimo sexcentesimo decimo octavo Coloniensibus literis excusum: porro inter præcipua hujus Præsulis opera recensentur illius sermones, quorum plura volumina post ejus obitum publicam lucem aspexerant, ubi ad primi voluminis initium invenitur Bernardini Tomitani dissertatio de elegantia, methodo, atque argumentis sermonum, quos hic Prælatum concinnabat: nihilominus propter nævos Concionatoribus sat familiares redarguitur, quippe plus de verborum nitore, quam rationum firmitate sollicitus exornando suo sermone magis, quam argumentorum solliditati intentus erat. Ceterum ejus sermones, quos Mussus jejunii verni tempore habuit, Auctor vitæ illius Cardinali Farnesio Anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo sexto nuncupabat, iique postea in Gallicum idioma translatis, atque Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octogesimo quarto typis excusi prodierunt.

§. X.

## §. X.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.*Pauli Manutii obitus.*

Hoc item anno Paulus Manutius Aldæ Filius Venetiis Anno post Christum natum millesimo quingentesimo duodecimo natus mortalitatem exiit. *Thu. l. 59. p. 65.*  
 Is per aliquot annos Venetiis in patria sua literarum excellentia eminebat, musisque recens resuscitatis novum addebat splendorem, a Pio V. Romam venire iussus, ut Typographiæ Apostolicæ curam in se suscipere, ac sacri Codicis editioni præesset: insuper huic Viro Republica literaria tot Authores antiquos tam Græcos, quam Latinos, ceterosque cum summa solertia, ac nitore typis vulgatos in acceptis referre tenetur: ipse vero non nisi de argumentis profanis tractatus quosdam edidit, atque aliquamdiu Bibliothecæ Vaticanæ præfuit: tandem autem die sexta Aprilis Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto ætatis suæ sexagesimo tertio fati functus, sepultusque fuit in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Minervam. Reliquerat unicum Filium nomine Aldam, quem Clemens VIII. Vaticanæ Typographiæ præfecit. *Imper. in Museo hist. Miræus de Script. Eccl.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

§. XI.

*Joachimi Camerarii interitus.*

*Ser. Sochnius narrat. de vita Joach. Camer. Bossuet. variat. tom. 2. p. 274.*

Inter Theologos Protestantés hoc anno vivis ereptos celebrior erat Joachimus Camerarius in Franconia Bambergæ Germaniæ urbe Anno Domini millesimo quingentesimo die duodecima Aprilis ex nobilibus quidem, tenuis autem fortunæ parentibus natus. Hic vitam Philippi Melanchtonis, quocum semper arctam amicitiam fovebat, posteris reliquit, ejusdemque Authoris epistolas ad nos transmisit: scripsit etiam Historiam Valdensium, ediditque ex diversis Diæcesibus Episcoporum Catalogum: hunc Scriptorem illustriores Principes sua benevolentia dignabantur, præcipue vero Carolus V., & Maximilianus II. Imperatores, nam Camerarius Norimbergæ, Tubingæ, & Lipsiæ non sine magno applausu publice literas tradidit, periit autem die decima septima Aprilis Anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto postquam septuagesimum quartum ætatis suæ annum unum cum septem diebus expleverat.

§. XII.

*Aretius, & Westphalus mortui.*

Post



Post Camerarii obitum decefferat Be-  
 nedictus Aretius Calvinistarum Mi-  
 nistellus, & Bernæ apud Helvetios na-  
 tus, ubi etiam die vigesima secunda  
 Aprilis ætate minime provectus animam  
 evomuit. Is Marpurgi Philosophiam,  
 ac Bernæ Theologiam professus edidit  
 quemdam in novum Testamentum com-  
 mentarium, atque examen Theologi-  
 cum, necnon locos communes, quibus  
 titulus: *Problemata sacra*.

Eodem hoc anno pariter Joachimus  
 Westphalus secta Lutheranus Hambur-  
 gi natus obiit, quem ejusdem furfuris  
 homines tanquam doctum Theologum  
 deprædicant, quamvis eum Calvinus  
 circa Sacramenta acri calamo perstrin-  
 geret, parique vehementia Beza illum  
 impugnare pergeret: utrumque tamen  
 Westphalus refellebat, atque inter alia  
 opera elucubrabat quasdam de perni-  
 ciosa Religionis varietate epistolas, nec-  
 non vigentem in Saxonici Ecclesiis fi-  
 dei confessionem, præter epistolam, in  
 qua ad Calvinii injurias respondit; edi-  
 dit quoque ejusdem mendaciorum con-  
 futationem, ac tractatum de operibus  
 &c: insuper ad stabiliendam, prout di-  
 cunt, Ubiquitatem contra Melanchto-  
 nem omnes suas vires impendebat.

Sæcul XVI.  
 A.C. 1574.

*Adam in vit.  
 Germ Theol.  
 Teiffier ad-  
 dit. aux elo-  
 ges de sca-  
 vans de M.  
 de Thon.*

Sæcul. XVI,  
A.C. 1574.

§. XIII.

*Monasteriensis Episcopi mors.*

*Thuan. l. c.* Tandem hoc etiam anno Monasteriensis Episcopus ex illustri Comitum Hohenjensium familia parentibus Joanne Hohenjo, & Margarita Gustavi Sueciæ Regis Sorore natus decessit. Hic Parisiis humanioribus literis, atque in Italiam contendens sublimioribus scientiis operam dabat: in Germaniam vero reversus Cameræ Imperialis Præses nominabatur: cum autem vir esset raris animi dotibus illustris, atque excellenti ingenio, multarumque linguarum notitia ornatus, ob id Paderbornensis, & dein Osnabrugensis, ac postremo Monasteriensis Episcopus illorum Collegiorum suffragiis electus est, adeo, ut eodem tempore trium horum Episcopatum administrationem in se suscipere cogeretur; obiit is anno ætatis suæ quadragesimo quarto: eo autem defuncto tribus hæc Ecclesiis, quas simul possidebat, suis cuique Præsul dabatur, & quidem in Monasteriensi Episcopatu ei successit Joannes Guilielmi Clivæ Ducis Filius, annos tum tantum duodecim natus: Osnabrugensem vero Henricus Saxonizæ Dux, Archiepiscopus Bremensis, & Paderbornensem Ecclesiam Salentinus  
Ei-

Eisenburgensis Colonienſis Archiepiſcopus acceperunt.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

§. XIV.

*Censura in hispanam novi Testamenti  
versionem.*

Circa Mensẽm Aprilem ejusdem anni  
Parisiensis Curia ad Facultatem  
Theologicam transmittēbat novi Testa-  
menti interpretationem, quæ hispano  
idiomate absque Auctoris, ac Typogra-  
phi nomine vulgabatur, ex qua tamen  
triginta, & una propositiones fuere de-  
promptæ, atque in latinum idioma ver-  
sæ ferme cunctæ ex Genevenſibus Bi-  
bliis, atque Calvini schola mutuatæ  
deprehendebantur, omnesque ad ever-  
tenda piarum actionum merita tendere  
censebantur: quapropter Facultas in  
earum censura, quam tulit, ita pro-  
nuntiabat. In propositione tertia dici-  
tur: *Panis, qui est verum signum ad tan-  
tam dignitatem perductus est, ut illum  
corpus suum appellet: quare qui fide il-  
lum recipit, Christum recipit cum omni-  
bus ipsius donis ad sustentationem animæ  
spiritalem:* hæc propositio, inquit cen-  
sura, Calvini hæresin sapit, in quan-  
tum realem Christi præsentiam negat.  
Quinta assertio omnem vim soli fidei  
tribuere videtur: nona sic uni sacrificio  
cruento semel in cruce facto omnia tri-  
buit,

*Argentre  
collect. jud.  
tom. 1. app.  
p. 23. tom. 2.  
p. 421. Et  
seq.  
Collectio eo-  
rum. qui S.  
Script. in  
vulg. ling.  
trans. damn.  
edit. Paris.  
2. p. p. 52.*

Sæcul. XVI  
A.C. 1574.

buit, ut omnino incruentum Missæ sacrificium rejiciat: decima temerarie condemnat traditiones: undecima omnem Sacramentorum vim evertit: Duodecima adversatur Ecclesiæ doctrinæ circa Sacramentum extremæ unctionis. Decima quinta est impia, cum asserat omnes, tam laicos, quam Sacerdotes, ex præcepto Christi ad communionem Calicis obstringi.

*Decima sexta est valde suspecta de hæresi negantium primatum Sancti Petri, & consequenter successorum ejus in Ecclesia.*

Decima septima, & decima octava damnantur, eoquod in illis affirmetur, Patres antiquos fuisse in cælo beatos ante adventum Christi, ut proin Purgatorium tollatur. Tres sequentes, inquit Facultas, minus orthodoxe loquuntur de fide, & meritis. Vigesima secunda impugnat cultum Sanctorum, & venerationem reliquiarum: vigesima tertia firmat opinionem Calvinii asserentis baptismum esse tantum sigillum, quo certiores efficimur, & confirmamur, nos ante baptismum Sanctificatos, & justificatos esse per fidem præcedentem.

Denique sequentes cultum sacrarum Imaginum damnant, & libertatis statum evertunt.

§. XV.

## §. XV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574*Renati Benedicti caussa continuata circa  
versionem Bibliorum.*

Eadem Facultas hoc anno rursus causam Renati Benedicti Parochi ad Sanctum Eustachium agitare cæperat: die igitur decima quinta Januarii Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Syndicus in quadam Congregatione significabat Facultati, quod quidam Præsul præfente Decano Pelletier dixerit, sibi a quibusdam indicatum, quod ex Facultate tantum sint sex, aut septem, qui censura notarunt Biblia Magistri Renati Benedicti: verum omnes, qui tum aderant, fere centum viginti una voce professi sunt, sibi probari censuram Bibliorum dicti Benedicti, & conveniendum esse dictum Præsulem, ut significet illos, qui detulerunt hoc veritati tantopere adversum: porro Mense Julio conclusum est, quod Simon Vigorius Archiepiscopus Narbonensis, Secquartus Pelletierus, & Faber adirent Episcopum Parisiensem, qui præfatæ versioni Renati Benedicti favebat: cum ergo Vigorius referret, & Facultati exponeret, quod dictum opus condemnare Parisiensis Episcopus renueret, hinc Mense Augusto statutum, ut res ad Gregorium XIII. summum  
Pon-

*Argentæ  
p. 426.*

sæcul XVI.

A.C. 1574.

Pontificem deferretur, isque rogaretur, quatenus hanc Bibliorum versionem examinari, condemnari, ac supprimi juberet, curaretque, ut illorum Bibliorum suppressio in Gallia apud Christianissimum Regem per ejus Nuntium Apostolicum obtineatur ad tollenda omnia scandala, & diffidia, quæ inde enascuntur: insuper iidem statuebant exorare eundem summum Pontificem, ut dignetur superbiam, & novandi studium in Magistro Benedicto comprimere, ipsumque compellere, ut suorum Fratrum doctrinæ, & opinionibus consentire vellet.

## §. XVI.

*Renatus Benedictus sese Facultatis  
judicio subicere paratus.*

*Argentre  
p. 428.*

Itaque Renatus Benedictus hanc Facultatis sententiam edoctus die decima sexta Septembris hoc anno Facultati libellum supplicem porrigebat, in quo Doctores, ut ipsimet hanc causam decidere vellent, supplex rogabat, simul declarans, quod sese Facultatis judicio subicere, cunctaque gratiosa monita sibi danda tanquam filius humilis, atque obediens, qualis semper fuerit, recipere paratus existeret, adeo, ut id, quod iidem in ejus versione dignum reprehensione deprehenderint, ipse quoque

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

que omnino ex integro damnare velit, si ipse adnotationes in locis censuratis recipere nollent, aut alios exinde offendi præviderent: insuper illos monebat, quod Parisiensis Episcopus hanc causam absque ipsius auctoritate finire noluerit, prout a sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Deputatis fuit statutum, „cujus decisioni, inquiebat ipse, „innixus hanc Bibliorum versionem aggressus sum, hinc nec aliter a vobis „hanc rem decidendam spero, quia nil „ardentius desideratis, quam Religionis „Catholicæ bonum, atque augmentum, „ideo vestram, meamque tranquillitatem procurare studetis.„ His expositis ad finem sui libelli rursus declarabat, quod sese omnibus hucusque gestis submittere, cunctaque exequi paratus esset, prout id facere jamjam inchoasset, eoquod versionem suam altero prælo subicere noluerit, quamprimum eandem a Facultate rejici comperisset. Postea Renatus unacum duobus Notariis ad Sorbonam contendit, istisque suum libellum tradidit, ut illam prælegerent, ac denuntiarent: quo facto Benedictus discessit, recitato autem libello supplici præsentibus Doctoribus una congregatis Mathurinus Renaldus Sacerdos præfato Benedicto tanquam Procurator adungebatur, finitaque lectione

Sæcul. XVI. ctione Facultas libellum recipiebat, af-  
A.C.1574. firmans, se ad illum responsuram.

## §. XVII.

*Facultatis responsum ad hunc libellum.*

*Argente t.* Facultas responsum dare haud diu  
 2. p. 429. cunctabatur, hæc exponens: „sum-  
 „mo dolore affecti sumus, eoquod Re-  
 „natus Benedictus non illico sese sub-  
 „miserit; si enim promptam exhibuisset  
 „obedientiam, nunquam a Facultatis  
 „gremio fuisset exclusus: si vero ejus  
 „versio non fuisset divulgata, non mo-  
 „do Franciæ Regno, sed & universo  
 „Christiano orbi tam ingenti offensionis  
 „non fuisset: verum is Facultatem con-  
 „temnere aggressus est, ac plures sat  
 „moderatas, & charitate plenas horta-  
 „tiones, quibus suam versionem utpote  
 „hæreticam, atque erroneam suppri-  
 „mere admonitus fuit, vilipendere, imo  
 „& alteram editionem adornare, atque  
 „contra præfatam facultatem apolo-  
 „giam divulgare præsumpsit, ac insu-  
 „per adeo non Tridentinæ Synodi de-  
 „cisioni, uti tamen in suo libello asse-  
 „ruit, se submisit, ut etiam recta sese  
 „eidem opponeret, præcipue vero in  
 „suo libello supplici sat aperte demon-  
 „straret, quod inter Parisiensem Episco-  
 „copum, & Facultatem discordiarum  
 „Zizania disseminare molitur, prout  
 „non



„non modo per suam Bibliorum versio- Sæcul. XVI.  
 „nem, sed etiam per suos sermones a- A C : 574.  
 „pud Christianum populum fecerat:  
 „præterea, quod adhuc pejus est, etiam ho-  
 „die non respiscit, nec saniora sapit, sed  
 „mordicus suam versionem defendit, quam-  
 „vis ea innumeris pene hæresibus, atque  
 „erroribus scateat; nihilominus Facul-  
 „tas declarat, quod sincere redeunti  
 „nunquam gremium claudatur, & si se  
 „vellet præstare primo filium Ecclesiæ, &  
 „deinde filium Facultatis Matris suæ, ea-  
 „dem Facultas eum ut filium agnoscet, ta-  
 „lemque eum semper habere cupit.

## §. XVIII.

*Facultatis decretum de re ad summum  
 Pontificem remittenda.*

Anno Domini millesimo quingentesi- Argentre  
 mo septuagesimo quarto, vigesima pag. 430.  
 prima Septembris, in Festo sancti Mat-  
 thæi Sorbonæ congregata fuit sacra  
 Theologiæ Facultas, ubi Magister Re-  
 natus Benedictus vocatus comparuit,  
 cui Decanus hæc exposuit: „a Facul-  
 „tate rursus mature examinata sunt tua,  
 „quæ edidisti, Biblia, in eis vero depre-  
 „hensi sunt errores graviores, quam  
 „antea, hinc plures censuræ adversus  
 „illa factæ sunt. sicut ipsemet scis, ideo  
 „ego nomine totius Facultatis te rogo,  
 „ut eandem tandem velut Matrem a-  
 „gnoscas.

*Hist. Eccles. Tom. XLIX.*

R „gno-

Sæcul. XVI. „gnoscas: interim illa erit parata te  
 A.C. 1574. „pœnitentem recipere, si modo velis  
 „errores recognoscere, ac te submit-  
 „tere, & censuras in illa Biblia factas  
 „cum aliis Magistris comprobare, præ-  
 „cipue cum nihil a te de novo petatur,  
 „eoquod jam antea, aliquando etiam  
 „scripto, submissionem pollicitus sis:  
 „attamen tu more tuo tergiversari cœ-  
 „pisti nunc caussatus, quod quidem  
 „submissionem aliquando præstitisses,  
 „ac deliberasses de erroribus corrigen-  
 „dis, intelligens tamen, agi de Bibliis  
 „supprimendis in sanctiori Regis con-  
 „silio, ideo submissionem revocasses:  
 „iterum vero te paratum ad submittio-  
 „nem dixisti, si modo non supprime-  
 „rentur Biblia tua, quæ asserebas non-  
 „nisi magno damno supprimi posse pro-  
 „pter fructum, quem aiebas Ecclesie  
 „attulisse; præterea caussabaris, cen-  
 „suras a te non auditas, nec cognitias  
 „fuisse: adeo, ut eas nec approbare, nec  
 „reprobare possis: petiisti tamen illas  
 „tibi communicari, ut videres, quid  
 „tibi agendum: insuper edixisti, quod  
 „caussa tua Biblia concernens non a  
 „Facultate, sed ab Episcopo penderet,  
 „cujus decisionem, atque iudicium ex-  
 „spectares. Verum ex hac agendi ra-  
 „tione satis apparet, a te non conver-  
 „sionem, & concordiam quæri, sed oc-  
 „casio-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

„caſionem miſcendi diſſidia, & lites  
 „inter Reverendiſſimum Pariſienſem  
 „Episcopum, & Facultatem, ut ita tem-  
 „pus protraheres, & Bibliorum verſio-  
 „nem in Eccleſiæ perniciem diſſemina-  
 „res, ideo Facultas nunc, deliberat quid  
 „ſibi factu opus ſit.„ His prolatis dictus  
 Magiſter Benedictus rogatus fuit, an ſcri-  
 piſſet aliam pro Bibliis ſuis apologiam,  
 cujus dicebatur exemplar per domos cir-  
 cumferre, ac relinquere: reſponſit idem  
 tamen eam non a ſe ſcriptam, ſed a ſuo  
 cauſidico: fatebatur tamen quod pluribus  
 adminiſtraverit illius certa capita, ac ple-  
 riſque ſcripta tradiderit: itaque poſt  
 longam, & maturam ſingulorum Ma-  
 giſtrorum deliberationem, omnium con-  
 ſenſu concludum fuit, omnia primo quo-  
 que tempore ad Beatiffimum Papam  
 mittenda eſſe, nec quidquam Magiſtro  
 Benedicto nomine Facultatis commu-  
 nicandum: nam id proſus inutile eſſe  
 cenſebatur, eo quod frequenter a Docto-  
 ribus particularibus, & deinde a depu-  
 tatis, ac poſtea in plena Facultate pro-  
 poſitiones cenſuris notatæ fuiſſent, at-  
 que illi jam antea ſæpius communicatæ,  
 & nihilominus in ſuis erroribus de-  
 fendendis ſemper contumax perſiſtenterit,  
 & cenſuras rejecerit, nec aliam ob  
 cauſam ejusmodi exemplar peteret,  
 quam ut lites, & contentiones per lon-  
 gioris

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.

gioris moræ opportunitatem serere posset: concessum interea fuit singulis Magistris cum illo conferre de hisce censuris, & cum eodem ex charitate, sicut cuique visum fuerit, agere: insuper conclusum fuit, mittendam esse illam Renati Apologiam ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, cujus lectio fatis fidem facit, illam non a causidico, vel a jurisperito, sed a Theologo, & ab ipsomet Benedicto compositam, cum ea illius stylum, & toties ab illo auditas, & scriptas Bibliorum defensiones, tergiversationes, imposturas, calumnias, contumaciam, & mendacia contineat.

## §. XIX.

*Facultatis epistola ad Pelleveum Cardinalem Romam missa.*

*Argentre*  
*pag. 432.*

His ita sancitis Facultas ad Cardinalem Pelleveum Senonensem Archiepiscopum tum Romæ agentem datis literis hæc exponebat: „Cum vestra Eminentia præ ceteris prior contra „Benedicti sior venem suum pronuntiaverit iudicium, hinc rogamus, ut circa „appellationem a censuris, quæ contra „errores in præfata versione contentos „a Facultate latæ fuerunt, Pontificis „quoque, sacrique Collegii sententiam „pronuntiari cures: nos jamjam hac super

„super re vehementer Parisiensem Epi-  
 „scopum sollicitavimus, ast per integros  
 „septem annos, quibus hæc caussa fuit  
 „agitata, nihil ab eo impetrare potui-  
 „mus, etiamsi hic Præsul malo reme-  
 „dium opponere sæpius pollicitus esset: „  
 Præterea Facultas unacum hac epistola  
 transmisit Genevensium Bibliorum  
 exemplar, necnon utramque editionem  
 Bibliorum, quæ Renatus Benedictus  
 divulgabat, ut hæc Biblia Archiepi-  
 scopus cum Genevensibus conferre pos-  
 set: adjunxit quoque Facultas censu-  
 ras a se latas præter acta congregatio-  
 num, quibus semper Narbonensis Ar-  
 chiepiscopus interfuit: insuper die de-  
 cima nona Decembris ejusdem anni a  
 partu Virginis millesimi quingentesimi  
 septuagesimi quarti Facultas ad Arnal-  
 dum Sorbonæ Doctorem, ac Senonensis  
 Ecclesiæ Theologum, atque Archidiaconum  
 Romæ pariter commorantem lite-  
 ras dedit, ut illum ad prosequendam hanc  
 causam contra præfatum Benedictum  
 induceret. Ceterum in annorum se-  
 quentium historia hujus negotii exi-  
 tum perspiciemus.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1574.

§. XX.

*Universalis Jubilæi festivitas Roma  
 celebrata.*

R 3

Ineunte

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575

*Spond. hoc  
ann. n. I.  
Ciacon. in  
vit. Pontif  
t. 4. pag. 8.*

Ineunte Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto universale Jubilæum, cujus initium antea retulimus, fuit inchoatum, quamplurimis Principibus Romam confluentibus, atque inter alios ibi aderant Magnus Etruriæ Dux, Alexander Farnesius Parmensis Princeps, Paulus Jordanus Ursinus, & Carolus Fridericus Clivienfis Dux, qui nonnisi viginti annorum juvenis ibidem die nona Februarii vivis ereptus in Teutonica sanctæ Mariæ Ecclesia sepultus est: insuper ipse summus Pontifex quatuor Basilicas pro lucrandis indulgentiis designatas sancti Petri, sancti Joannis Lateranensis, Divi Pauli, & sanctæ Mariæ Majoris sæpius lustrabat, atque genibus reptans, prout moris est, Sacram, ut vocant, Scalam conscendit, providitque, ut Urbs annona copiose abundaret, atque ædes Pontificiæ exteris paterent, necnon egentes amplis largitionibus juvarentur.

§. XXI.

*Collegium Nobilium a sancto Carolo  
Borromæo erectum.*

*Giussano vie  
de S. Charles  
l. 3. c. 4.*

Priusquam sanctus Carolus Borromæus Mediolanensis Archiepiscopus, qui pariter ad celebrandam Anni sacri festivitatem invitabatur, Romam contendende-

tendebat, Mediolani Nobilium Collegium pro educatione juvenum genere illustrium erexit, illudque sanctæ Mariæ Collegium nuncupavit, insuper ut hi, qui ibidem instituendi essent, non modo ingenue, sed & christiane educarentur, saluberrima condidit statuta, præcipiens, ut ex cunctis Nationibus etiam exteris reciperentur, qua ratione hoc Collegium confluentium frequentia admodum celebre reddebatur, quamvis autem illius curam Viris non nisi probatæ virtutis, ac regendi dexterritate claris commisisset, ipse tamen sæpius per annum hosce juvenes invicens illorum in virtutibus, ac literis progressum explorabat, atque piis hortationibus munitos, quotquot digne ad sancta Sacramenta accedere poterant, sacra Synaxi ipse reficiebat, hoc pium opus tantopere cordi habens, ut Sylvio Antoniano, qui ei jam dudum a secretis, & postea a Clemente VIII. Cardinalis fuit creatus, negotium daret, quatenus de meliori juvenes præcipue nobiles Christiane instituendi methodo librum elucubraret, quem Borromæus perlegens ad Veronensem Cardinalem transmisit, ut desuper ejus quoque judicium perciperet: cum ergo hic Purpuratus hunc libellum oppido utilem fore censeret, illum typis vulgatum

Sæcul. XVI.

A.C 1575.

Sæcul XVI. tum sancto Archiepiscopo nuncu-  
A.C. 1575. pabat.

## §. XXII.

*Sancti Caroli epistolæ Pastorales pro  
 jejunijs Adventus tempore  
 servando.*

*Giuss. l. c.  
 Ant. Eccl.  
 Med. pag 7*

Cum sanctus Carolus non sine animi dolore cerneret, quod fideles de præparatione ad nascentis Salvatoris nostri solemnitatem digne celebrandam parum solliciti essent, hinc primitivæ Ecclesiæ disciplinam, quæ Adventus tempore in usu erat, restaurare nitentur: jam enim apud suos domesticos abstinentiam a carnibus, ovis, ac lacte præter alios jejunii dies intra hebdomadam introduxerat: verum pium hoc opus intra larium suorum fines duntaxat exerceri nondum contentus epistolam Pastoralem ad suum populum Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo tertio edidit, in qua veterem Ecclesiæ usum exponens cunctos fideles suæ curæ commissos hortabatur, ut hanc disciplinam resuscitarent, ac saltem a publicis festis, jocis, & convivijs tempore adeo sacro abstinerent, quatenus gratias per Dei Filium, ejusque Nativitatem mundo procuratas recipere mereantur. Nec suo successu caruit hæc epistola; quippe vix non omnes



Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

omnes Diæcesium suarum subditi hoc jejunium observabant, ac frequentius Sacramenta recipientes in Ecclesiis, ac piis sermonibus magis assidui erant, hocque uberrimo fructu allekti pari sollicitudine jejunii verni præceptum religiose adimplere satagebant: insuper idem sanctus Præsul Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto paulo ante Dominicam septuagesimæ aliam edidit epistolam Pastoralem, in qua populum erudiebat, qua ratione juxta Ecclesiæ mentem quadragesimale tempus celebrare debeat, quam in rem præcepit, ut diebus Dominicis, ac festis a Septuagesima usque ad Dominicam primam quadragesimæ Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia Metropolitana, ac in triginta aliis variis Urbis Templis exponatur, solemnesque instituantur supplicationes, ac frequentes ibidem habeantur Conciones, ut populus ad Ecclesiæ accessum attrahatur, atque a spectaculis, ludisque profanis removeatur.

§. XXIII.

*Sanctus Borromæus Henricum III.  
e Polonia reducem invisens.*

Cum sanctus Archiepiscopus totum *Giuff. l. 3.*  
ferme annum lustrandis suæ Diæ- *cap. 5.*

R 5

ceseos

**Sæcul. XVI.** ceseos Parochiis insumpisset, in Vane-  
**A.C. 1575.** fiano pago, qui tertia leuca a Como di-  
 stat, idem fuit edoctus, quod Henri-  
 cus III. Franciæ Rex e Polonia rever-  
 sus Mediolanensem Ducatum pertransi-  
 turus esset, hinc mox eidem obviam  
 mittebat quemdam maximi nominis  
 Nobilem, qui Regi in Cremonensi di-  
 tione occurrens ab eodem perbenigne  
 excipiebatur; ad hæc idem Henricus san-  
 cto huic Cardinali datis literis summum  
 testabatur desiderium, illum coram ve-  
 nerandi, cujus merita, virtutesque per  
 famam sibi sat perspectas haberet: igi-  
 tur sanctus Præsul Mense Augusto Mon-  
 zæ exiguo Mediolanensis Ducatus op-  
 pido ad Lumbriam flumen sito Regem  
 convenit, ubi dum adventavit, in Ar-  
 chipresbyteri ædibus diversatus Fran-  
 ciscum Porrum Mediolanensem Præla-  
 tum ad Regem ablegabat, per eum,  
 qua hora sua eidem obsequia deferre  
 posset, sciscitaturus: cum autem Rex  
 intelligeret, quod sanctus Borromæus  
 interea sese ad peragendam rem divi-  
 nam accingeret, ergone, inquit Rex,  
 ipse sacris operari vult? abs du-  
 bio, reposuit Prælatus, nullo enim die  
 Deo incruentem offerre Sacrificium in-  
 termittit: eapropter, respondit Rex,  
 significa illi, quod & ego ipse compa-  
 rere, & Missæ interesse velim: percepto  
 igitur

Sæcul. XVI.  
A.C. 1572.

igitur Regis proposito sanctus Cardina-  
lis Ecclesiam adornari præcepit, ac  
ipse Regem interim adiit: quamprimum  
autem Borromæus apparuerat, mox  
Musici, qui in anteriori cubili melodiam  
coram regia sua Majestate decantaturi  
aderant, interrupta musica flexis ge-  
nibus benedictionem a Cardinale re-  
ceperunt, rex vero eundem singulari  
lætitia excipiens, caputque tegere ju-  
bens cum eo admodum familiare col-  
loquium habuit: porro Cardinalis, cum  
in omnibus ejus sermonibus Episco-  
pali sollicitudo eluceret, plura huic  
Principi ad privatam vitæ institutionem,  
regniq; sui regimen salutaria propina-  
bat monita, & præcipue eidem Reli-  
gionis Catholicæ studium tanquam an-  
gularem throni sui lapidem, atque uni-  
cum sceptri sui fulcrum commendabat:  
abfoluto hoc colloquio Rex ad templum  
sancti Joannis procedens, Præfato sem-  
per ejus latus stipante, ibidem Archie-  
piscopi Missæ interfuit: postea sanctus  
Carolus Regi Crucem affabre elabora-  
tam dono transmisit, quam etiam Rex  
cum ingenti lætitia acceptans illi Præ-  
fati, qui hanc crucem deferebat, mil-  
le aureos donare voluit, qui tamen hoc  
munus acceptare recusabat, cum quic-  
quam accipere disertis verbis a Cardi-  
nale prohibitus esset. Sumpto demum  
pran-

**Sæcul XVI.** prandio sanctus Præsul Regem rursus  
A.C. 1575. visum ibat, eique monita mane sug-  
 gesta denuo inculcabat, quæ etiam ef-  
 fectui data fuere.

Sub idem tempus sanctus Archipræ-  
 sul festos dies pie celebrari præcepit,  
 promulgato hanc in rem decreto, quod  
 plura admodum utilia complectebatur  
 statuta, atque inter cetera Laicis in-  
 hibuit, ne durante Officio Divino in  
 Ecclesiæ choro sederent: insuper foem-  
 nis præcepit, ut juxta Divi Pauli mo-  
 nitum velata facie assisterent, præterea  
 duas Ecclesias Collegiatas Mediolani  
 instituit: mense vero Septembri denuo  
 epistolam pastorem divulgavit, eaque  
 suos Diæcesanos ad septem Ecclesias  
 Romæ lustrandas hortabatur, eos in-  
 fruens, qua pietate sacrum hoc iter ad  
 obtinendam noxarum veniam peragere  
 deberent.

## §. XXIV.

*Sanctus Carolus pro Anni sacri fe-  
 stivitate Romam profectus.*

*Giuss. l. c.  
 l. 3. c. 6.*

Sanctus Archipræsul, cum Diæcesanos  
 suos ad hoc pietatis opus perverio  
 sub obtentu violandum ex suo exemplo  
 ansam arrepturos pertimesceret, resi-  
 dentis legem Episcopis impositam in-  
 terrumpendi veniam prius a Pontifice  
 obtinuit, ac dein ipsus die octava De-  
 cem-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

cembris Romam contendit, ubi pœnitentis peregrini more hoc iter instituit, simulque aeris inclementiæ, quam tolerare cogebatur, continuum etiam ad-  
 junxit jejunium, haud aliis occupatus negotiis, quam assiduis ad Deum orationibus: præterea se rerum divinorum contemplatione lactavit, semperque cum illis, qui itineris focii erant, sacra de Deo colloquia miscuit, nonnunquam a via devius, ut cuncta sacratiora templa, ad quæ loci propinquitas invitabat, lustrare, atque ante solis ortum rem divinam peragere valeret. Porro iter suum absque ulla cibi refectione semper usque ad seram noctem protrahebat, nonnisi in villis, atque ignobilioribus hospitibus diversatus, ubi persæpe nonnisi mucidi panis frustum accipere poterat, ac non raro in stramentis pernoctare perpetim cogebatur.

§. XXV.

*S. Carolus Romam delatus, atque a Pontifice exceptus.*

Itaque Borromæus vigesima prima Decembris die Divo Thomæ Apostolo sacra Romam pervenit, ibidem singulari veneratione, & benevolentia a summo Pontifice exceptus. Hic etiam cum eo de variis consultabat mediis, quibus per

*Giuss. l.c.*

Sæcul. XVI. per totum anni sacri tempus Romana  
A.C. 1575. urbs solida morum sanctitate efflorescere  
 posset, quam in rem Cardinalis suam  
 pandebat mentem, mox tamen ad Car-  
 thusianorum cœnobium sanctæ Mariæ  
 ab Angelis sese recepit, ubi jejniis,  
 orationibus, aliisque vitæ austeritati-  
 bus sese ad percipiendas jubilæi gratias  
 disponebat, ac præmittens generalem  
 suarum noxarum expiationem, omnia  
 sacra loca pedes, ac quædam nudis e-  
 tiam pedibus lustrabat, comitantibus  
 eum illius domesticis, qui bini, ac bini  
 incedentes, ac orationibus intenti cor-  
 poris maceratione pietatem redolebant:  
 si vero sanctus quempiam, etiamsi Prin-  
 ceptus, aut amicorum præcipuus esset,  
 salutatum accedere cerneret, unice pi-  
 leum suum coram eis detrahebat, ac  
 non interrupta oratione iter suum pro-  
 sequebatur, cum vero Marcus Anto-  
 nius Columna, & Fabritius ejus Filius  
 Borromæum ad sancti Pauli Ecclesiam  
 extra muros euntem obviam haberent,  
 eumque salutaturi curru descenderent,  
 hic perinde, ac si eos non conspexisset,  
 pertransibat; eadem quoque ratione erga  
 suam sororem Fabritii Conjugem, quæ  
 cum suo Marito, ac focero aderat, ute-  
 batur, nec magis comiter sese exhi-  
 bebatur erga Parmæ Ducem intimum a-  
 micum suum: nihilominus tamen hi  
 Pro-

Procures a deo non exinde offendebantur, ut potius hoc exemplo ad pietatem accenderentur. Præterea Carolus Cardinalis præter hæc exteriora Religionis exercitia largas effundebat elemosynas, atque ad tituli sui ædes apud sanctam Praxedem Mediolanenses peregrinos, aliosque plures externos hospitio excipiebat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

## §. XXVI.

*Salutaria monita Pontifici a sancto  
Carolo propinata.*

Sanctus Præsul cum piis hisce exercitiis intentus esset, a reliquis omnibus negotiis vacabat, nisi a Pontifice ejus consilia rogaturo accerferetur: tum vero Carolus Gregorium libertate vere Episcopali alloquebatur, eidem exponens, quod regimini Ecclesiæ, cujus curam ei Deus imposuisset, necnon aulæ suæ emendationi toto studio incumberet, ceterosque Episcopos ad partem sui Cleri reformationem, atque ad explendas veri Pastoris partes suo exemplo excitaret: inter cetera autem, quæ eidem suggerebat, consilia, Pontifici auctor extitit, ut quosdam Visitatores Apostolicos ad Diæceses emitteret, atque explorari curaret, quam agendirationem Episcopi tenerent, anve Tridentini Concilii decreta in usum deduce-

Giusf. l. c.

Sæcul. XVI. ducerent: itaque summus Pontifex, ut  
A.C. 1575. tam pium opus executioni daret, sancto  
 huic Cardinali Mediolanensis Provinciae  
 Episcopatus Iurandi curam, tanquam  
 Sæuis Apostolicæ Delegato committe-  
 bat: priusquam vero sanctus Carolus  
 hoc munus acceptaret, suæ Diæcesis  
 Visitatorem nominari, a Pontifice ex-  
 orabat, qui etiam sancti Præfulis pre-  
 cibus annuens Hieronymum Ragazzo-  
 nium in Cypri regno Famagustanum  
 Episcopum, virum virtutum, ac inge-  
 nii præstantia percelebrem, & postea  
 Bergomanensem Episcopum designabat.

## §. XXVII.

*Sanctus Borromæus Roma profectus,  
 ac Mediolanum reversus.*

*Giuff. l. c.  
 cap. 7.*

Denique sanctus hic Archipræful Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quinto Mense Februario Roma profectus est; prius tamen a Papa id omne impetrabat, quod ad Ecclesiasticam disciplinam in sua Diæcesi firmandam necessarium esse duxerat: insuper ab eodem Papa obtinuerat, ut Annus sacer tam in urbe, quam Mediolanensi Diæcesi celebrari posset, quam in rem Cardinalis impetravit facultatem, vi cuius pro celebranda hac solemnitate proximum annum salutis nostræ millesimum quingentesimum septuage-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

ptuagesimum sextum designare, septemque Ecclesias pro suo arbitrio nominare posset, in quibus æque, ac in septem Romanæ Urbis Ecclesiis anni sacri gratiæ acquiri valerent: cum vero Borromæus Camillæ Sorori suæ Cæsaris Gonzagæ uxori promississet, quod illam Romam redux visum ire vellet, hinc iter suum Guastallam versus dirigebat, ubi Cæsari Sororio suo, quem in suo adventu jam periculose decumbentem invenerat, morienti adstitit, pariterque ibidem Ecclesiam in loco admodum vicino recens ædificatam sacro ritu Deo dicavit: postea vero cuncta, quæ ipsius charitas inspirabat, obsequii munia Sorori suæ præstabat, afflictamque non modo solatio, sed etiam pro familiæ educatione piis, salutaribusque monitis locupletatam relinquebat, & dein Mediolanum contendebat, ubi a populo suo non sine maximis lætitiæ testificationibus excipiebatur, ab universa civitate officiosa salutatione honoratus. Postea pro more suo Diæcesis regendæ sollicitudini intentus suæ Provinciæ Episcopatus lustrare parabat: priusquam vero sacro huic muneri vacare inciperet, suum Visitatorem Apostolicum excipiens eundem de omnibus in hac visitatione occurrentibus plene edocebat, eique cuncta ad reportandum

*Hist. Eccles. Tom. XLIX.* S dum

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

dum optatum successum necessaria sugerebat monita. Denique suam visitationem inchoaturus proficiscebatur nonnisi sex stipatus Ecclesiasticis, qui eidem in sacro hoc exercitio opem præstarent.

§. XXVIII.

*Congregatio Oratorii Romæ per Pontificis diploma stabilita.*

*Bullar. t. 2.*  
*Greg. XIII.*  
*Constit. 101.*  
*Ciacon. addit. Oldoin.*  
*t. 4. p. 26.*  
*Natal. l. 23.*  
*26. 27.*

Cum interea sancti Philippi Nerii Congregatio indies augetur, ac Sacerdotibus ad obeunda Ecclesiæ munia, Verbumque Dei prædicandum, ac fidelium confessiones excipiendas idoneis abundaret, Philippus ad impensas plurimum preces quamdam Regulam, ac Constitutiones, quas hi eo etiam absente juxta ipsiusmet exemplum sequi possent, conscripsit: quoniam vero Oratorium in Ecclesia sancti Hieronymi de charitate erectum ad habenda sacra colloquia, sanctasque suorum Sodalium exercitationes haud sat amplum esset, hinc eo relicto Oratorium suum anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto ad Florentinorum Ecclesiam sancti Joannis transtulit, ubi etiam domum huic templo contiguam pro sua communitate nactus redditibus ad suorum sodalium sustentationem necessariis locupletabat: attamen anno  
Christi

Christi millesimo quingentesimo septua-  
 gesimo quinto consentiente Gregorio  
 XIII. Papa Ecclesiam de Vallicella ob-  
 tinens suos discipulos in hisce ædibus  
 congregabat, impetrata prius hujus  
 Congregationis confirmatione, quam  
 Sedes Apostolica per diploma Ponti-  
 ficium die decima quinta Julii con-  
 cesserat.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1575.

§. XXIX.

*Legatus ad sedandos tumultus Ge-  
 nuam a Papa decretus.*

Pariter Philippus Neri<sup>us</sup> pacem con-  
 ciliare nitebatur inter veteres, &  
 recentiores Genuensium Nobiles, qui  
 mutuis odiis, ac vexationibus inter se  
 ob privata studia collidebantur, suisque  
 dissensionibus universam ditionem per-  
 turbabant: cum autem Philippus illos  
 ad reconciliationem permovere haud  
 posset, hinc Gregorius XIII. ad eos Car-  
 dinalem Moronum ablegabat, cujus  
 tamen conatibus ab initio haud magis  
 prosper adspirabat successus, quippe  
 horum animi nimium exasperati  
 cuncta concordiae media recusabant,  
 imo jamjam manus conferere parabant,  
 altercationis flamma eo usque accensa,  
 ut potissimi Europæ Principes huic causæ  
 sese ingererent. Tandem cum Mo-  
 ron<sup>us</sup> Cardinalis rursus pacis negotium

*Victorell.  
 addit. ad  
 Ciac. tom. 4.  
 pag. 8.  
 Thuan. l. 61.  
 Duchesne  
 hist. des Pa-  
 pes p. 434.*

S 2

urge-

**Sæcul. XVI.****A.C. 1575.**

urgeret, paci proludebatur pactis quibusdam conditionibus, quarum præcipuæ erant sequentes. I. Ipsi Legati Principum, qui pacis interpretes erant, locum, quem vellent, extra Reipublicæ territorium ad conveniendum deligant. II. Viginti obsides ab utraque parte dentur, III. totidem sint delegati, qui Legatis assideant, IV. caveatur, ut intra mensem Novembrem arbitri sententiam unam, seu plures pronuntient, ita tamen, ut hoc tempus prorogari ex partium consensu possit: nihil vero interim hostile tentetur, & utrinque copiæ dimittantur: V. ad legatorum preces gratia civibus ob gravissima etiam crimina patria pulsus impetretur, computato tempore a die prima Januarii anni supra millesimum quingentesimi septuagesimi tertii usque in hodiernam diem, ab hac autem die Nobiles omnes urbes, quas nunc obtinent, etiam imposterum possideant. VI. Sumptus utrinque in bellum factos ipsi, qui eos fecerunt, luant, nec altera pars alterius oneribus gravetur. VII. Sententiæ a legatis ferendæ stare utraque partem teneatur, & si qui inter eos impedimento essent, quo minus sententiæ pareretur, eorum nomina mox utraque proderentur. Hæc pacta in Finariensibus comitiis fuere firmata: postea

Legati Casalium, quod in Monferraten-  
 si principatu Guilielmi Gonzagæ Man-  
 tuæ Ducis imperio obnoxium erat, ad  
 præstitutum colloquium deligebant, Sæcul. XV.  
A. C. 1575.  
 quo & Delegati ab utraque parte  
 convenerunt: dein vero dimissæ a  
 Senatu Etruriæ Ducis copiæ, qui-  
 bus Otho Montacutus præerat: Cor-  
 fici vicissim milites, quos Baptista Spi-  
 nola, & Georgius Auria habebant, Joan-  
 nis Andreæ jussu dimissi sunt, Germa-  
 nis duntaxat retentis, qui loca, quæ  
 securitatis causa nobilibus per condi-  
 tiones retinere jus erat, tuerentur: de-  
 mum de obsidibus aliquamdiu alterca-  
 tum est, tandem vero dati, & intra  
 Mediolanensem Ducatum Alexandriæ,  
 & Finarii usque ad sententiæ pronun-  
 tiationem manere jussi sunt.

Hæc consultatio expectatione lon-  
 gius protrahebatur; sæpe enim proro-  
 gato compromissi tempore hoc nego-  
 tium nonnisi anno sequenti ad exitum  
 deducebatur, ubi tandem postrema ma-  
 nus integræ reconciliationi admota est,  
 quapropter Senatus exules revocabat,  
 & vicissim arces, ac munitiones, quæ  
 belli tempore occupatæ fuerant, Nobiles  
 restituerunt: dein decima Martii die  
 pacis articuli post sacrum celebratum  
 ante majus Casalensis Urbis templum  
 pegmate ad id extructo recitati sunt.

**Sæcul. XVI.** **A.C. 1575.** Postea hujus concordiaë leges promulgabantur, quibus alia capita de constituendo Rotæ tribunali addita sunt: peracto igitur gravi hoc negotio, Legatisque secedentibus Respublica majori tranquillitate frui cæperat, atque ad omnes Principes, quorum operæ publicam ditionis suæ quietem in acceptis referebat, quosdam ablegabat Deputatos, qui pro utili eorum officio grates rependerent: hinc missus erat Lucas Fornarius ad Papam, qui plus ceteris ad restaurandam pacem conferebat, ad Cæsarem vero ablegabatur Nicolaus Spinola, & Joannes Baptista Lascarus ad Philippum II. qui cum eo pariter de revocatis pensionibus ageret, eoquod earum suppressione non modo Genuensium, sed etiam aliarum plurimum Italiae urbium, atque adeo sparsim in tota ferme Europa Institorum rationes adeo turbabantur, ut plura commercia penitus interirent.

## §. XXX.

*Henrici III. Franciæ Regis inauguratio, atque connubium.*

*Thuan. 1.60.* *Mezeray* *abrege* *chron t. 5.* *pag. 223.* *Mem. pour* Postea Henricus III. Franciæ Rex novum Regnum, quod ei obtigerat, possidere unice intentus sub idem ferme tempus Lugduno Rhemos contendit, ubi etiam die decima tertia Februarii

bruarii inauguratus est: altera autem die nuptias celebrabat cum Aloysia Lotharingia Nicolai Lotharingii Mercuriani Ducis Valdemontii Comitis, & Margaritæ Egmontiæ primæ suæ conjugis Filia natu majori, cui Rex feria tertia die decima quinta ejusdem Mensis Februarii in Ecclesia Rhemensi sacro ritu copulata est.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1575.  
*servir a l'hist.  
de France  
t. I. pag. 51.*

§. XXXI.

*Insolita hujus Regis pietas.*

Die vigesima Februarii Rex cum nova hac Regina ex præfata urbe discedens ad sancti Maclovii oppidum pervenit, ubi unacum suo Eleemosynario novemdialem devotionem instituebat, quippe totum vitæ suæ tempus inter externa pietatis exercitia, & delicias partiebatur, ferme nunquam Regni sui negotiis intentus: eadem igitur ratione currentem hunc annum impendebat, ac ipse solemnes publicationes dirigens sacras reliquias in regio Sacello asservatas circumferri jussit, manique sua grande rosarium tenens cunctos Aulicos unacum omnibus urbis Sodalitatibus interesse voluit, in Ecclesiis vero exigua oratoria construi præcepit, ad quæ ipsemet nullo ferme vestium ornatu conspicuus singulis diebus accesserat, ibidemque preces suas

*Journal de  
Henrici III.  
anno 1720.  
tom. I. p. 7.  
II. & 15.*

Saecul. XVI. fundens eleemosynas elargiebatur: cum  
A. C. 1575. autem vera Christi Crux, quæ in Ec-  
 clesia *Sacrum Sacellum* dicta asservaba-  
 tur, die decima Maji noctu furto fuisset  
 ablata, Rex in omnibus Parisinæ  
 urbis Parochiis e suggestu promulgari jus-  
 sit, quod ipse crucem ablatæ haud ab-  
 similem confici curarit, eidemque in-  
 gens ex vera Salvatoris nostri Cruce  
 frustum inferi curarit, ut populus pro  
 more suo pietatis obsequia eidem de-  
 ferre valeret. Ceterum observandum  
 venit, quod Regina Mater sacrilegæ  
 hujus rapinæ conscia crederetur, per-  
 inde ac si hæc reliquias in Italiam pro-  
 ingenti pecuniarum summa, quam mu-  
 tuo accipere parabat, pignoris loco  
 mittere voluisset. Rex anni sacri  
 per Gregorium XIII. promulgati  
 tempore per Parisiensis Urbis plateas  
 non nisi duobus, vel tribus Aulicis sti-  
 patus pedes incedebat, ac prægrande  
 rosarium manu tenens quasdam reci-  
 tabat orationes, ad ejusmodi pietatis  
 exercitia a sua Matre admonitus, eo  
 fine, ut populus ipsum piis operibus  
 oppido addictum putaret: verum hac  
 ipsa agendi ratione eo magis a suis Au-  
 licis, subditis, universaque Europa vi-  
 lipendebatur, quo imprudentius existi-  
 mabat, quod sub hoc pietatis obtentu  
 sese voluptatibus impune mancipare,

ac



ac potissimam noctis partem pilæ ludo, ac conviviiis absumere, vitamque inter pænitentia, & libidinis exercitia inepta prorsus vicissitudine transigere posset.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1575.

§. XXXII.

*Protestantium, & Politicorum Deputati ad Aulam delati.*

Vix Aula Parisios fuerat delata, cum illico ex Protestantium, & Politicorum factione novem adventarent Deputati, quibus Rex cum Condæo Principe Basileæ circa pacis negotium conferendi veniam dederat: hi igitur die vigesima Martii Basilea profecti, præfatique Principis mandatis instructi die sexta Aprilis ad Aulam pervenerant, quibus suam operam Tribuum Helveticarum, nec non Angliæ Regiæ Oratores jungebant, ut una omnes Regem eo inducerent, quatenus illos benigne exciperet, ac Protestantium propositiones, quas ipsi ad propriam suam securitatem necessarias censebant, admittere vellet.

*Thi. l. 60.  
Avila hist.  
des guerres  
civil.*

§. XXXIII.

*Horum postulata, ac colloquium cum Rege.*

Quarto post adventum die hi Deputati a Rege coram Regina Matre, Navarrae

*Avila &  
Tim. l. 6.*

S 5

varræ

Sæcul. XVI.

A.C. 1575.

*La Popel. l.*

39.

*Spond. hoc**ann. n. 6.*

varræ Rege, Alenfonio Duce, Borbonio Cardinale, aliisque Proceribus auditi sunt, ubi cum Dovetus Arenius ceterorum nomine perorans, inter alia Principis Condæi, ac Sociorum paratum ad omnia obsequium Regi officiose deprædicasset, tantumque, ut conscientiarum libertati, atque ipsorum dignitati, & publicæ tranquillitati idonee caveretur, demisse petiisset, Rex ad ea perbenigne respondit, & suam jam ab initio, ex quo regnum adiit, mentem fuisse testatus est, ut omnes Protestantes æque, ac ceteros suos subditos apertis ulnis obvia humanitate complecteretur, eisque, dummodo sibi non tantum lingua, sed re fidi essent, æquitatis suæ beneficium cunctis suæ ditioni subditis impertiretur.

His dictis Deputati suum libellum supplicem octoginta, & uno articulis comprehensum porrigebant, quem Bernardus Fixa, qui secretiori Senatui ab epistolis erat, in pleno consilio prælegit, prius tamen Deputati ad anterius cubile recedere jubebantur: porro iidem Protestantes petebant I. In omnibus locis per totum regnum suam sectam publice, & absque ulla modificatione, vel restrictione profitendi libertas eis concedatur. II. Senatus, Præsidiales Curia, aliaque tribunalia erigantur,

Sæcul XVI.

A.C. 1575.

tur æque ex Catholicis, quam Calvinistis. III. In Auctores cædis in festo Bartholomæi perpetratæ inquiratur, atque illi, qui Regi, ac Reginæ ad tam detestandum facinus auctores exstiterant, ignis supplicio castigentur. III. Pristinæ famæ restituantur illi, qui ob religionem mortis pæna fuere affecti, ac præcipue inter illos Colinius maris Præfectus, Montgomerius Comes, Briquemaldus, & Cavannius, eorumque liberi ad dignitates rursus idonei declarentur, adjecta facultate sua bona denuo possidendi. IV. Omnes, qui ob religionem regno excesserunt, revocentur. V. Ducenta aureorum millia ad solvendum Colinii æs alienum pendantur. VI. Arausionensi Principi sua ditio restituatur. VII. Rex suam operam apud Sabaudix Ducem impendat, ut Protestantes ibidem suam sectam profitendi libertatem acquirant, imo ipsum etiam Papam eo adigat, ut is Protestantibus eandem facultatem in Avenionensi Comitatu concedat. VIII. Eadem regia sua Majestas Condæum Principem, Danvillam Ducem, Thorem, & Merum, ceterosque eorum fautores tanquam pios, fidelesque servos suos recipiat. IX. Montmorentio, & Cofsæo Marefcallis libertas reddatur. X. Generalia regni comitia celebrentur. XI.

Sæcul. XVI. XI. Vestigalia, ac tributa ad eundem  
 A.C. 1575. statum, quo regnante Ludovico XII. in  
 Gallis erant, reducantur. XII. Seve-  
 re Atheistæ, & Blasphemi puniantur.  
 XIII. Ediçta contra enormes impudici-  
 tias, quæ iram Dei in Gallos provocant,  
 pristinæ suæ firmitati reddantur. XIV.  
 Denique Retius Marecallus, ac Bira-  
 gus Cancellarius circa negotia ad Cal-  
 vinistas spectantia, a Senatu excludan-  
 tur.

## §. XXXIV.

*Regis responsum ad Deputatorum po-  
stulata.*

*Thu. l. 60.* Tandem cum regius Senatus per quin-  
 decim omnino dies circa hosce ar-  
 ticulos altercaretur, Rex hoc in respon-  
 sis dabat: „Protestantibus octo urbes  
 „in Septimania, sex in Aquitania sub  
 „hoc numero comprehensis Rupella, &  
 „Montalbano, duas in Delphinatu pu-  
 „blicæ professionis, & securitatis cau-  
 „sa concedere paratus sum, dummodo  
 „ceteras, quas nunc tenent, mihi resti-  
 „tuant in eo statu, quo ante ultimum  
 „bellum erant: quatuor item novos Se-  
 „natores ex Protestantium numero crea-  
 „tos ad sexdecim jam constitutos judi-  
 „ces adjicere volo, qui de causis ipso-  
 „rum cognoscant: insuper Monpelii æ-  
 „qualem judicum numerum constituere  
 „haud

„haud detrecto, facultate ipsis data, ut  
 „in quibuscunque Regni Curii quatuor  
 „consiliarios rejicere possint, non expres-  
 „sis rejectionum causis. „ Ceterum  
 cum Delegati ea, quæ proposita fue-  
 rant, hujusmodi esse dicerent, ut in iis  
 haud quaquam plene satisfieri Condæo,  
 & fœderatis possent, hinc postridie alte-  
 rum scriptum prolatum est, quo Rex  
 declarabat, quod velit, ac præcipiat,  
 ut Protestantibus ubique locorum in re-  
 gno libere, & secure esse, ac degere  
 liceat, nec ulla vis ipsorum conscientiis  
 afferri, aut periculum creari ob Religio-  
 nem possent, si modo pacate, ac mode-  
 ste juxta edictorum leges se contineant,  
 præterea libera conveniendi in omni-  
 bus locis, quæ tenent, potestas ipsis  
 fiebat, exceptis Monpelio, Castris, A-  
 quismortuis, & Belloquadro: insuper Rex  
 eisdem concessit, ut idem juris sit no-  
 bilibus, qui summum imperium in suis  
 jurisdictionibus habent: qui vero tan-  
 tum mediam, vel infimam jurisdictionem  
 habent, cum familia sola convenire  
 possint, dummodo id non intra ur-  
 bes, aut in earum suburbiis, aut de-  
 cem a Lutetia, duabusve ab Aula leu-  
 cis fieret: cum autem, ne sicquidem  
 delegatis satisfieret, hi amplius deli-  
 berandi, & ad suos referendi tempus  
 petebant, tandem autem obtenta re-  
 deundi

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1575.

Sæcul. XVI. deundi facultate eisdem spondebatur,  
 A. C. 1575 ipforum causam illis etiam absentibus  
 strenue urgendam fore, adeo, ut illis  
 redeuntibus nilnisi utriusque partis sub-  
 scriptio desiderari valeat: ex illis autem  
 duo duntaxat in Aula detinebantur, ne  
 hujus concordie negotium penitus dis-  
 solutum videatur.

§. XXXV.

*Horum Deputatorum adventus ad Ru-  
 pellensem urbem, necnon eorum  
 relatio.*

*Thu. l. c.* Postea Delegati Rupellas reversi coa-  
 cto ad Beati Ivonis oppidum consi-  
 lio ibidem auditi sunt, ubi mandatis,  
 quæ a Rege acceperant, expositis plu-  
 res ad pacem ineundam inclinabant,  
 alii vero, quorum major erat numerus,  
 dissentiebant, causati, hoc concordie  
 negotio ipsis illudi, eo fine, ut ipsi pro-  
 pterea securius agentes neglectis belli  
 consiliis facilius opprimi possent: hinc  
 arma ponere dissuadebant: cum autem  
 sic suam quisque sententiam propugna-  
 ret, Franciscus Lanojus unacum Roa-  
 no Vicecomite advenit, moxque con-  
 fessum accedens dilaudata Regis ad pa-  
 cem propensi voluntate inquebat: „ego  
 „ipsum semper quidem quietam consilia  
 „turbidis præfero, vos tamen moneo,  
 „ut in hoc negotio haud præcipites sitis,  
 „de

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

„de pace igitur non nisi admodum sobrie  
„loquimini, ne nimio pacis studio in  
„belli, ex quo extricare vos postea ne-  
„queatis, necessitatem imprudenter in-  
„cidatis.„ His verbis ad tempus ani-  
morum æstus fuere repressi, fama  
tamen de iis in aulam perlata mis-  
sus est ex Reginæ consilio Renatus Tor-  
namina Hunaldæus Armoricæ Domi-  
nus, qui egregiæ erga ipsos Regis vo-  
luntatis speciatim fidem faceret, pete-  
retque, ut seorsim cum Rege pacem ini-  
rent; quam in rem eis exponebat, haud  
necesse esse, ut ceterarum Provincia-  
rum consensum expeterent, eoquod non  
nisi de privato eorum commodo agere-  
tur, nec dubitandum ajebat, quin Rex  
jamjam nimium liberalis fuerit, adeo,  
ut timendum esset, ne fors sua promif-  
sa revocaret, si ei ad illud ansa præbe-  
retur.

Itaque Rupellenses Hunaldæum eo  
majori cum attentione excipiebant, quo  
magis proficua ipsis videbantur Aulæ  
promissa: potioris tamen partis senten-  
tia eo abibat, ut fociis haud prius con-  
sultis nihil hac in re decidatur, eoquod  
de negotio omnibus communi ageretur:  
hinc Deputati ad Damvillam Occida-  
niæ Governatorem mittebantur, illius  
quoque sententiam exploraturi.

§. XXXVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1575.

§. XXXVI.

*Montbrunius a Catholicis captus, & supplicio affectus.*

Thu. l. 60.

Avila l. 6.

Matthieu

l. 7.

Chorier hist.  
du Dauph.

Sub idem tempus Montbrunius in Occidania a Catholicis capiebatur. Hic ex spuris reformatis primus erat, qui rebellionis vexillum in regno erigere præsumebat, ac Henrico III. anno priori Liberonensi obsidioni intento, ipse copiis suis, ut Regis impedimenta exspoliarent, præcipiebat, cum vero eisdem exprobraretur, quod se esse Regis subditum immemor videretur, respondit: „in bello, atque in lusu omnes æquales sumus.„ Ceterum cum captus esset, Aulicorum jussu sollicitè custodiebatur, illumque Rex Gratianopolin abduci iussit, ut hujus urbis Curia in eum iudicii acta instrueret.

Equidem Condæus Princeps, Damvilla, omnesque Protestantes impense pro hujus Viri liberatione instabant, imo ipse etiam Guisus Dux summis precibus illum redimi, ac commutari volebat cum Bemio Colinii Architalaffi Sicario, qui ex Hispania, quo a Guisio Duce missus fuerat, redux prope Jarnacum in Engolismensi agro a Bouttevilano præsidio captus fuerat: attamen horum omnium sollicitationes suo successu frustrabantur, quippe Montbrunius



Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

nus die vigesima nona Julii Gratiano-  
polim abstractus ad mortis supplicium  
damnabatur, quæ etiam sententia die  
duodecima Augusti executioni data est,  
licet ejus fama anno sequenti pristinis  
honoribus restituta, ac judicii acta tan-  
quam irrita fuissent declarata: porro  
defuncto Montbrunio totius Protestan-  
tici exercitus imperium in Delphinatu  
obtinebat Franciscus Bona Diguierius  
qui tum adhuc juvenis præter nobilita-  
tis prærogativam nulla quidem digni-  
tate præitabat, magna tamen apud  
suos existimatione valebat.

§. XXXVII.

*Alenfonius Dux ab aula profugus.*

Eo tempore non modo Alenfonii Du-  
cis, qui Regis Frater erat, fuga,  
ejusque publicum scriptum, sed etiam  
fautorum eidem adhærentium numerus  
non parvos tumultus maxima cum  
solicitudine sedandos augebat. Hic  
Princeps fugæ suæ ignominiam probe  
prospiciens, ut illam vindicaret, quem-  
dam probatæ fidei Virum ad summum  
Pontificem ablegabat: verum illius apo-  
logia ob publica, quæ propter hunc dis-  
cessum Protestantes edebant, lætitiæ  
signa admodum suspecta reddebatur:  
nihilominus Papa transmissis ad Ducem  
diplomate respondens, eundem ad pa-

*Thu. l. 6r.  
Avila l. 6.*

*Hist. Eccles. Tom. XLIX. T cem*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575

cem, atque ad constantem veræ religionis defensionem hortabatur, eidem exponens, quod hæc agendi ratio seditionem, ac præceps præfagiret consilium, cujus perversitas postea facile in hæresin degenerare posset. Demum Rex hujus Principis fuga non minus territus die decima sexta Septembris convocato Senatu suo deliberari voluit de mediis, quæ ad evertenda Ducis molimina, illumque rebellium manibus eripiendum adhibenda essent, ubi hac in re Reginæ Matris, Regis, & potissimum Senatorum opinio eo abibat, ut omnis generis media pro obtinenda pace tententur, & nequidem discutiantur, an concordiæ pacta proficua, vel noxia sint: præprimis vero statuiebatur, rei initium esse dandum a liberatione amborum Marescallorum Montmorentii, & Cossæi, qui arcta custodia capti detinebantur: id quoque effectui datum: Regina vero eorum libertatem urgens præcipue intendebat, ut ad unionem inter Regem, & Alenfonium Ducem restaurandam illorum opera uteretur.

§. XXXVIII.

*Reginæ Matris profectio ad Alenfonium Ducem.*

Ita.

Itaque ipsamet Regina Mater hanc ob <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 rem Pictavium ad Alenonium profi- <sup>A.C. 1575.</sup>  
 ciscitur, eamque comitabantur ambo  
 Marefcalli, qui ob singularem, qua a <sup>Tuan. &</sup>  
 pud Ducem pollebant, gratiam, & au- <sup>Aviat. c.</sup>  
 thoritatem ad illum placandum satis ido-  
 nei erant: ergo Regina Campignium  
 Montpenserii Ducis villam in Turoniæ  
 finibus sitam pervenit, quam Alenso-  
 nius Dux ineunte Mense Octobri ibidem  
 invisit, ubi colloquia per integrum hunc,  
 & mediam sequentis Mensis partem per-  
 durabant, dum Marefcallus Montmo-  
 rentius pacis conciliatorem agebat, to-  
 tumque suæ gloriæ momentum in eo  
 reponebat, ut immotum suum pro  
 Rege, & patria studium luculento testi-  
 monio comprobatum redderet: præmis-  
 sis autem crebris altercationibus ultro,  
 citroque habitis, cum de pacis condi-  
 tionibus utrinque consensus haberi non  
 posset, non nisi semestres sanciebantur  
 induciæ, quæ a vigesima secunda No-  
 vembris usque ad vigesimam quintam  
 Junii diem anni sequentis protraheren-  
 tur: earum vero conditiones præcipuæ  
 erat hæc I. utrinque ab armis, incur-  
 sionibus, & omni injuria per univer-  
 sum regnum abstinere. II. Rex cen-  
 tum sexaginta aureorum millia Germa-  
 norum copiis a Condæo Principe con-  
 ductis numerari jubeat, dummodo nec  
 ipsæ

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.  
ipsæ Rhenum transeant, nec in regnum descendant. III. Interim securitatis causa Protestantibus, & Catholicis fœderatis hæc urbes Engolisma, Niortium, Salmuria, Avaricum Biturigum, Charitæum ad Ligerim, & Mezeria ad Mosam tradantur, atque in Condæi manus consignentur. IV. Fidem Alenfonius, ac fœderati faciant, quod tunc quamprimum induciæ expiraverint, si-ve pax, si-ve bellum sequatur, urbes illas restituant, ad quarum custodiam Rex undecies mille præfidiarios ab Alenfonio Duce deligendos, centum item nobiles, centum cataphractos ejusdem Ducis equites, & quinquaginta Helvetios, & centum sclopetarios ad illius corporis custodiam suis sumptibus alat. V. Rex vicissim copias omnes externas præter Helvetios, & Scotos custodiæ corporis inservientes dimittat, & tunc, cum utrinque arma simul, & urbes promissæ traditæ fuerint, deponantur. VI. Quia inchoatum Lutetiæ nuper de pace negotium intermissum fuerat, postremo conventum, ut Principes, Proceres, Provinciæ, & urbes fœderatæ Januario proximo delegatos suos cum plenis mandatis eo decernant.

Hiscæ pactis Regina Mater, & Alenfonius Dux subscripserant, cum autem circa quorundam articulorum executionem

Sæcul XVI.  
A. C. 1575.

nem nonnullæ orientur difficultates, hinc induciarum promulgatio longius differebatur; acriter enim, ac præcipue disceptabatur circa sex illas urbes, quas Duci reddere promissum fuerat, quippe Philippus Volvirius Ruffecus Engolismensis Provinciæ Præses, & Franciscus Montinius, qui Avaricum Biturigum tenebat, urbes suas Alenfonio Duci restituere recusabant: Mezeria quoque civitas Principi Condæo non fuit consignata, elusis, quæ Regina iterabat, illius mandatis, vi quorum harum urbium Gubernatores hæc loca reddere jubebantur: eapropter Regina ad Ducem Filium suum reverti coacta eundem rogabat, ut oppido Joannis Angeriaci in Santonibus, & Cognaco in Engolismensi agro contentus esset, cum nec Bituricum, nec Engolimum obtinere posset: itaque Lanogus oppidum Sancti Joannis, Bussius vero Ambrosius Salmuriam, & Charitæum Alenfonii nomine possessum ibat: Ludensis autem Comes Regis jussu Sangelasio Niortium tradebat: ceterum cum Condæus Princeps absens esset, de Mezeria urbe nulla omnino mentio facta est. His ita dispositis Alenfonius Dux instante Regina Matre sua inducias in castris suis die vigesima secunda Decembris promulgari jussit, interim tamen

T 3

omnia

Sæcul. XVI. omnia ad bellum comparabat: porro  
A.C. 1575. Regina, priusquam ad aulam rediret,  
 fatis provide in Alenfonii comitatu  
 Monpenserium Ducem, & Montmorant-  
 tium Marefcallum reliquerat, ut ambo  
 propensum ad pacem animum, quem  
 Dux præferre videbatur, ulterius fo-  
 verent.

Rex vicissim induciarum tempore  
 copiosos militum delectus haberi præ-  
 cepit, ac sub idem tempus sex Helve-  
 tiorum millia conduxit, simulque Mans-  
 feldium Comitem, Casparum Schom-  
 bergium, & Christophorum Bassompe-  
 tram in Germaniam ablegavit, ut illi  
 ad Regis vexilla octo millia Germano-  
 rum equitum adducerent; attamen illi  
 Proceres a Germanis nil obtinere pote-  
 rant, nisi ea conditione, ut ipsis centum  
 aureorum millia statim in numerata  
 pecunia, & quadringenta quinquaginta  
 millia tunc mox penderentur, quam-  
 primum hæ copix ad regni fines per-  
 venissent.

## §. XXXIX.

*Parisienses petitam pecuniarum sum-  
 mam Regi denegantes.*

*Thuan. l. c.* Ut Rex hanc pecuniarum summam  
 aquireret, in urbis Prætorio gene-  
 ralem Ordinum conventum habuit, du-  
 centa librarum millia mutuo sibi dari  
 postulo

postulans: verum hac Regis petitione **Sæcul. XVI.**  
 omnium animi vehementer commove- **A.C. 1575.**  
 bantur, sancitumque erat, Regi esse  
 exponendum, quod nullo pacto ejus  
 postulatis satisfieri posset: itaque ratio-  
 nes suas Regii Senatus, reddituum Cu-  
 riæ, Clerus, vectigalium tribunalia, o-  
 mnesque Parisini nomine suo exponi fe-  
 cerunt, quibus etiam Sancti Ludovici  
 monita Filio suo data fuere adjuncta.  
 Rex hac repulsa offensus indignationem  
 suam nonnihil dissimulabat, Parisinos  
 tamen objurgans eisdem reposuit, quod  
 adhuc in regno suo subditos melius er-  
 ga patriam affectos numeraret, qui  
 præfenti necessitati succurrere parati,  
 atque ipsum ad ferendos belli sumptus  
 adjuturi essent: enimvero tunc perop-  
 portune accidit, ut Gonzaga Nivernii  
 Dux opimas ditiones extra Regnum in  
 Flandria, necnon Carolus Halvinius  
 Pienna de illustri familia ex Pleumosiis  
 oriundus avitum patrimonium, quod in  
 illis locis possidebant, grandi pecunia  
 divenderent, quam summam uterque  
 Regi officiose mutuam dabat, acceptis  
 in Armoricæ Ducatu ex fundis regiiis  
 pignoris loco amplis vectigalibus.

§. XL.

*Leidenfis, & Duacensis Universitates  
 erectæ.*

T 4

Quam-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1575.

Quamvis in Belgio haud major viget tranquillitas, quam in Francia, nihilominus Bataviæ Ordines pro liberalium artium, ac literarum incremento sedulam impendebant operam, hinc ut liberalius bonæ educationi, ac juventutis culturæ prospicerent, Lugduni Batavorum Universitatem erigebant, in qua Theologia, Jurisprudentia, Philosophia, Medicina, linguæ, & Mathematicis a Professoribus traderentur, quibus etiam congrua stipendia ex Ecclesiasticorum proventibus assignabantur. Ceterum hæc Universitas non nisi ex Protestantibus constat, ex qua tamen præclari prodire Viri, qui sua eruditione sibi nomen comparabant. Porro paucis ante annis Philippus II. Hispaniæ Rex ad impensas Pii IV. Papæ preces pariter Duaci pro Catholicis Universitatem ad Lovaniensis Academiæ normam instituerat, hujusque erectionis diploma anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo tertio a Pio V. fuit approbatum.

Hoc item anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto Gregorius XIII. Papa Borbonio, & Guisio Cardinalibus facultatem concesserat, ut ejus Jesuitas Parisinæ Universitati aggregari sollicitarent: igitur ea res a Borbonio Cardinale anno salutis nostræ millesimo



lesimo quingentesimo septuagesimo quinto Joanni de Rouen tum Rectori, ac postea Thomæ Scuriono ejus successori proponitur: verum ambo hanc Societatem aggregari constanter renuebant, atque omnia, quæ præfati Patres postmodum impendebant, molimina successu frustrabantur, quamvis enim hi apud Reges, & Principes plurimum gratia valerent, nihilominus Universitas pertinaciter suæ insisteret sententiæ, quin Jesuitæ unquam impetrare possent, ut tanquam Universitatis membra agnoscerentur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

§. XLI.

*Joannis Pauli ab Ecclesia Cardinalis obitus.*

Ex Cardinalibus, qui hoc anno vivis eripiebantur, primus erat Joannes Paulus ab Ecclesia ex nobili genere Tor-  
Ciacon. in vita Pont. 3. p. 1034. Gabut. in vit. Pii V. Aubery vis des Card.  
 tonæ anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo primo natus. Hic juvenis adhuc parente suo orbatus studiorum causa Parisios, & Papiam contendit, ubi Doctoratus laurea decoratus in canonica, & civili Jurisprudencia tantos fecerat progressus, ut omnes Caussidicos tum Mediolani celeberrimos longe antecelleret: postea in Hispaniam profectus, Terouanæ Ducem comitabatur, ac pro illius causa  
 T 5 coram

**Sæcul. XVI.** coram Philippo II. cum tanta soliditate,  
**A. C. 1575.** atque eloquentia perorabat, ut Regis,  
 totiusque ejus Senatus benevolentiam  
 sibi conciliaret, qua etiam ratione sibi  
 Mediolanensis Senatoris dignitatem pro-  
 curabat, postea vero Mediolano evoca-  
 tus Papiensis Præfectus nominabatur,  
 antea tamen Romam ad Pium V. a Me-  
 diolanensi Senatu ablegatus diſidia in-  
 ter Divum Carolum Borromæum, &  
 Mediolanenses circa jurisdictionem Ec-  
 clesiasticam exorta componere jubeba-  
 tur, ubi hoc negotium cum tanta sum-  
 mi Pontificis satisfactione explebat, ut  
 ab eodem Papa Romæ retentus primo  
 Protonotarius Apostolicus, dein Abbas  
 Sancti Petri de Mulagio Vercellensis Diæ-  
 cesis, & demum Signaturæ, ut vocant,  
 justitiæ Præfectus crearetur. Tandem  
 cum Pius V. Mense Martio anno post  
 Christum natum millesimo quingentesi-  
 mo sexagesimo octavo Cardinalium Col-  
 legium auget, ipse quoque Purpura-  
 torum albo inscribatur, qua dignita-  
 te clarus interfuit comitiis sacris, in  
 quibus Gregorius XIII. in Papam elige-  
 batur, quo etiam regnante Mense Ja-  
 nuario Anno Salvatoris nostri millesi-  
 mo quingentesimo septuagesimo quinto  
 nonnisi quinquaginta quinque annos na-  
 tus obiit, corpusque ejus in tituli sui Ec-  
 clesia terræ mandatum est.

§. XLII.

*Antonii Bobbæ Cardinalis extrema.*

Alter erat Marcus Antonius Bobba Alberti Cassalensis Patritii, ac Senatoris Filius, qui a primis juventutis suæ annis jurisprudentiæ vacans adeo eminebat, ut a Philiberto Sabaudix Duce Taurinensis Senator creatus, Principis sui benevolentiam sibi demereretur, atque in cunctis occasionibus, & gravissimis Ducatus negotiis in consilium ab eodem vocaretur: postea vero sacris initiatus, ac quibusdam Abbatiis dotatus tandem a Paulo IV. Papa Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Augustæ Prætorix Episcopus creabatur: insuper anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo sexagesimo primo a Sabaudix Duce Orator ad Tridentinam Synodum ablegatus fuit, atque anno Servatoris nostri millesimo quingentesimo sexagesimo primo purpura Romana decoratus Cardinalibus Presbyteris tit. Sancti Sylvestri, licet juxta nonnullorum relationem Roma absens, accensebatur. Ceterum Bobba summam animi integritatem cum prudentia prorsus eximia, quoties in difficillimis etiam negotiis suam sententiam edicere cogebatur, felici nexu copulabat, & demum mutato

*Ciaccon. p.*

955.

*Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.**In Chron.**Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.**Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.**Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.**Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.**Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.**Ughel Ital.**sacr. tom. 4.**Aug. de la**Chiezza in**hist. chron.**Epis. Pa-**dem.*

Sæcul. XVI. to titulo suo, illoque Sanctæ Mariæ  
A.C. 1575. trans Tyberin assumpto, Pii V. jussu  
 Politiano, Commendano, aliisque Car-  
 dinalibus adjungebatur, ut omnes por-  
 tus, viasque publicas restaurari cura-  
 ret: die autem decima septima Martii  
 hoc anno Romæ mortalitatem exiit,  
 ejusque corpus in Ecclesia Sanctæ Ma-  
 riæ ab Angelis sepultum est, Edidit  
 orationem ad Tridentini Concilii Pa-  
 tres habitam præter alia opuscula tam  
 soluto, quam ligato sermone conscri-  
 pta.

## §. XLIII.

*Simonis Vigorii Narbonensis Archi-  
episcopi fata.*

*La Croix du* Ad eundem annum refertur obitus  
*Maine Bibl.* quorumdam Scriptorum Ecclesiasti-  
*Franc.* corum, quos inter primus est Simon  
*Brasseur hist* Vigor Narbonensis Archiepiscopus E-  
*Civil. & Ec-* broicis in Normania natus. Erat is Fi-  
*cles. du Com-* lius Raynaldi Vigorii, qui Caroli IX, &  
*té d'Eu.* Henrici III. Medicus, necnon eorum Ma-  
*ureux.* tris Catharinæ Mediceæ erat Archiater.  
 Simon ex Magistris primum nactus est  
 ipsum Parentem suum Raynaldum Vigo-  
 rium, a quo illam scientiarum aviditatem  
 hauserat, qua tam Filius, quam Pater in-  
 gens sibi nomen comparabant, postea ve-  
 ro Simon anno Christi millesimo quingen-  
 tesimo vigesimo Parisios contendebat:

ut

Sæcul. XVI.  
A.C 1575.

ut ingenium suum magis adhuc literarum ubertate excolleret, percurso autem studii Theologici curriculo publicæ scientiæ experimenta dedit, atque anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quadragesimo ad Navarricum Collegium admissus, eodem tempore Universitatis Rector renuntiabatur, quamvis nonnisi Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto Doctoratus laurea ornaretur: dein vero supremi in Ebroicensi Ecclesia Pœnitentiarii dignitate auctus, atque Gabrielem le Veneur, seu Venatorem tum præfatæ Urbis Episcopum ad Tridentinam Synodum comitatus fuit, inde autem redux Ebroicensis Pœnitentiarii munus abdicabat, Parisiis Parochiæ ad Sanctum Paulum præpositus, ubi suis sermonibus, ac controversiis adversus sui ævi hæreticos habitis percelebrem se reddidit, annoque millesimo quingentesimo sexagesimo sexto cum Espinæo, Sureo Rosiero, Barba, & Dulbrario Ministellis colloquium instituit, & sibi in hujus disputationis socium Claudium Sanctonensem selegit cum tanto successu, ut ambo gloriosissimam victoriam fatentibus ipsis hisce hæreticis reportarent. Habentur hujus colloquii acta ipsius Vigorii studio, ac cura typis impressa anno millesimo quin-

Sæcul. XVI  
A C. 1575.

quingentesimo sexagesimo octavo. Postmodum Vigorius sese dogmaticis controversiis penitus dicare statuerat, ac polemicos sermones edidit Rotomagi, Metis, Ambiani, & Parisiis, ubi Deus ad plurimos veræ fidei reddendos ubique sui Ministri opera utebatur: tum demum evangelicis hisce spoliis locupletatus Parisinæ Ecclesiæ Theologus, ac postea Caroli IX. Regis Concionator eligebatur, anno autem Redemptionis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo post obitum Francisci Pisani Cardinalis ad Narbonensem Archiepiscopatum ad ejusdem Regis preces nominabatur, ac vix inauguratus confestim ad suam Diæcesin contendit, ubi per integros sex annos Apostolico muneri haud minori cum fructu, quam alibi vacabat, ac denique hoc anno die prima Novembris Carcassonæ obiit, ac reliquit suorum sermonum typis impressorum septem volumina, in quibus pro quadragesima, Sanctissimi Sacramenti octiduo, & pro diebus Dominicis præter alias orationes etiam Evangelii explanationes continentur.

§. XLIV.

*Matthiæ Flacii Illyrici interitus.*

*Thm. l. 61.*

**E**x Protestantibus Scriptores nonnulli hoc anno defuncti numerantur, quos inter

inter primus est Matthias Flaccius Illyricus inter Confessionis Augustanæ Theologos facile quidem celeberrimus, sed infensissimus summorum Pontificum hostis. Hic Albonæ in Istria die tertia Martii anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo natus Venetias contendit, ibidem sub Egnacii Magisterio studiis operam daturus, confectoque Philosophiæ curriculo sese Theologicis disciplinis impendere statuit: at ob inopiam Universitates frequentare præpeditus Religiosorum institutum amplecti decrevit, cuique animi propositum cuiusdam Fratrum Minorum Provinciali manifestavit, a quo tamen absterritus, atque illius ævi hæresibus imbutus ex ipsius suasu in Germaniam secessit. Ceterum hic Franciscus vocabatur Baldus Lupatinus, de quo Melchior Adamus scribit, quod post viginti annorum carceres Venetiis in mare projectus fuerit. Porro Illyricus hujus miseri consilium secutus anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo trigesimo nono Basileam venit, ac post aliquot mensium lapsum in Turingiam, inde vero Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo primo Wittembergam secessit, ubi se Lutheri, ac Melanchtonis Discipulum profitebatur, vitamque suam græcam, & hebraicam linguam tradendo sustentabat:

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

Melch. Ad.  
vi. Germ.  
Theol. p.  
472.

Micræslus  
Syntag. hist.  
Ecccl. p. 751.  
827. & seq.

Sæcul. XVI. A.C. 1575. tabat: mox autem ibidem ducta con-  
 iuge in Academia publico Professoris  
 munere Anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo quadragesimo quarto auctus  
 est; attamen Scholaribus ob belli tu-  
 multus e Saxonia aufugere compulsis  
 Brunsvicum secessit, ubi suis lectioni-  
 bus celebrem sese reddebat, pace au-  
 tem restituta Wittembergam reversus  
 pristinum obibat officium circa annum  
 Domini millesimum quingentesimum  
 quadragesimum septimum.

Sub idem tempus Illyricus Carolo V.  
 Cæsari, qui tum suum *Interim* publici  
 juris fecerat, sese vehementer oppone-  
 bat, & quamvis a Melanchtone Magistro  
 suo maximis benevolentiae, ac liberali-  
 tatis testificationibus receptus fuisset,  
 cum illo tamen dissidia fovens semper  
 eidem restitit: unde Magdeburgum,  
 quæ urbs tum Cæsareo edicto proscripta  
 erat, secedere coactus, ibidem plura  
 edidit opera, ex quibus magis celebra-  
 tur monstrum illud historiæ Ecclesia-  
 sticæ, quæ sub Centuriarum Magde-  
 burgensium nomine in lucem prodit,  
 ad quod opus Illyricus potissimum ope-  
 ram contulit: Anno autem Salvatoris  
 nostri millesimo quingentesimo quinqu-  
 gesimo septimo officium in nova Je-  
 nensi Academia sibi oblatum accepta-  
 bat, ibidemque per quinque annos li-  
 teras



Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

teratradebat, postea autem, cum rursus cum Victorino Strigelio sui Magistri socio collideretur, Ratisbonam aufugit, ubi plures adhuc libros typis vulgabat. Demum anno a partu Virginis millesimo quingentesimo sexagesimo septimo cum ceteris in Brabantiam, ut ibidem Confessionis Augustanæ Ecclesias erigeret, evocabatur: at hiis conventiculis mox dissipatis Argentinam, & dein Francofordiam perexit, desertus a suorum fautorum potissimis, qui eum Manichæorum erroribus infectum credebant, eo quod peccatum non esse accidens, sed ipsam animæ nostræ substantiam tradidisset, ac sese omnibus immiscuisset discordiis, quæ inter Augustanæ Confessionis Defensores exoriebantur: tandem vero anno post Christum natum millesimo quingentesimo septuagesimo quinto die undecima Martii Francofordiæ periit.

Ceterum Vir erat eximiis animi dotibus ornatus, atque ingenii ubertate, & scientiarum amplitudine insignis, sed turbidæ, & vehementis indolis homo, unde immoderata sua acerbitate, quam in disputationibus exerebat, gravissimos inter Protestantes tumultus concitabat, atque a Melanctone redarguebatur, eo quod tradere non erubisset, Principes seditionis

*Hist. Eccles. Tom. XLIX.*

U metu

Sæcul. XVI.  
A. C. 1575.

*Melanct.*  
*ep. 107.*  
*pag. 134.*  
*Guil. Bud.*  
*cent. 17.*

To. XLIII.  
lib. CLV.  
s. LI. pag.  
634.

metu in officio esse continendos. Scripsit Illyricus libros quam plurimos, ac præ ipso nullus suo ævo ex Bibliothecis, quas lustrabat, uberius compendium hausisse videtur, unde etiam collegit veterem Missam, quæ sub nomine *Missa latinæ* Anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Argentinæ literis Christophori Mylii excusa prodiit, uti alibi memoravimus: insuper ex hisce librorum officinis plura extrahebat monumenta, quibus ad componendum suum *Catalogum Testium veritatis* utebatur, cui tamen libro Eisengreinii alium sub eodem titulo opposuit: ceterum sacre Scripturæ clavis, quam idem Illyricus scripserat, ceteris ejusdem elucubrationibus palmam eripit.

§. XLV.

*Henrici Bullingeri fata.*

*Simler in*  
*vita Bulling.*  
*Thuan. l. c.*  
*Melchior l. c.*

Alter Protestantium Scriptor hoc anno vivis ereptus vocabatur Henricus Bullingerus, Tigurinus Zwinglianæ hæresis Minister Bremgardiæ exiguo oppido in Tigurini Pagi finibus sito die decima octava Julii anno a Christi Nativitate millesimo quingentesimo quarto natus. Is duodecimum ætatis suæ annum emensus Emericam Cliviensis ditionis urbem mittebatur, ut ibidem humaniores

sæcul XVI.  
A.C. 1575.

niores literas addisceret, transactis autem tribus annis victum ostiatim ex eleemosynis, quas ante ædes cantando colligebat, sibi quærere cogebatur; ejus enim parens, etsi congruis facultatibus dotatus esset, exiguam prorsus curam de suis prolibus habebat: postea Bulingerus Cartusianorum institutum profiteri paratus a suo fratre præpediebatur Coloniæ ire jussus, ut ibidem Philosophicis disciplinis nondum decimum quintum ætatis annum affecutus operam daret: cum autem ad hoc studium exiguam admodum propensionem sentiret, rursus ad humaniores literas animum adjecit, atque Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo adversus Theologos Scholasticos opus nondum typis editum elucubravit: (\*) anno autem post Christum natum millesimo quingentesimo vigesimo secundo Colonia profectus Melanch-

U 2

tonis

(\*) En! quam egregii Pugiles, quos tamen Berolinensis Censor celeberrimos illius ævi Viros appellat, eo tempore contra doctissimos Colonienses Theologos insurrexerint: Isti nimirum in hoc solo celebres, quod nequidem Theologica, ac Philosophica scientia imbuti, sed duntaxat Grammatici, ac Poetastri de se multum præsumentes scorium novum auro veteri opponere noverint.

**Sæcul. XVI.** tonis, aliorumque hæreticorum libros  
**A.C. 1575.** sedulo pervolvebat, quorum lectione  
 jam tum ad abjiciendam Religionem  
 Catholicam inducebatur, interea per  
 aliquot annos in paternis ædibus com-  
 morans, anno ætatis suæ vigesimo ter-  
 tio a quodam Cisterciensium Abbate ad  
 suum monasterium prope Tigurum ac-  
 cersebatur, ut ibidem Theologiam tra-  
 deret, ubi tamen hujus cœnobii Reli-  
 giosos ad recipiendam Zwinglii refor-  
 mationem inducens usque ad Annum  
 Christi millesimum quingentesimum vi-  
 gesimum septimum eodem Professoris  
 munere fungebatur: cum vero Zwing-  
 lio impensius adhæreret, Tigurum ad-  
 ire, atque hujus hæresiarchæ sermones  
 percipere statuit, ibidemque græcum,  
 & hebraicum idioma edoctus publice ad  
 populum dicere cæpit, necnon Anno  
 Domini millesimo quingentesimo vige-  
 simo octavo Bernensi Disputationi in-  
 terfuit.

Anno sequenti Bremgardix in patria  
 sua Reformatorem Pastor nominatus  
 Annam Adlischvileram sibi conjugem  
 copulabat, ex qua sex filios, ac quin-  
 que filias susceperat, conjugem autem sua  
 pestilentix morbo sublata Anno Christi  
 millesimo quingentesimo sexagesimo  
 quarto ad secundas nuptias transire re-  
 nuit, sed duntaxat ex suis filiabus unam  
 feli-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

selegit, quæ rei domesticæ curam haberet. Scripsit Bullingerus adversus Anabaptistas, mortuo autem Zwinglio illius officio Tiguri subrogatus est, variis in occasionibus vocatus, ut Lutheranos cum Zwinglianis conciliare satageret, semper tamen irrito successu: præterea idem calamum suum contra Lutherum stringere jubebatur; hic enim in quodam opere contra Zwinglii doctrinam circa Cœnam impotentibus furiis debacchabatur. Tandem Bullingerus anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo nono unacum Calvino, qui hanc ob rem Tigurum venerat, Formulam de conformitate doctrinæ inter Tigurinam, & Genevensem Ecclesiam confarcinabat, evoluto autem biennio librum composuit, quo ostendere nitebatur, quod Synodus Tridentina nil aliud, quam *bonam causam*, quo nomine appellitabat hæreticorum opiniones, opprimere intenderet, ac propterea nulla habenda esset ratio sollicitationum, quibus summus Pontifex Helvetiorum Pagos invitabat, ut suos Deputatos ad hoc Concilium decernerent. Ceterum hic liber Italico duntaxat sermone prodiit, a Paulo Vergero huic linguæ redditus, ac quibusdam additionibus auctus.

Sæcul. XVI  
A C 1575.

Anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo inter Bullingerum, & Brentium circa *Ubiquitatis* dogma disputatio fervere cæpit, quæ plurimum operum ultro, citroque vulgatorum occasio extitit: cum vero illi, qui in Eucharistiæ dogmate vocibus *substantiæ*, vel *substantialiter* utebantur, in Nationali Synodo Ruppellenfi ad annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum primum damnati fuissent, Tigurini Ministri se pariter hoc anathemate percussos rati hanc in rem literas ad Theodorum Bezam dederunt, qui tamen eis respondit, quod Synodus nullo pacto eos ferire intendisset: nihilominus Bullingerus Bezæ exponere voluit, decreti voces esse immutandas, ne in suis Ecclesiis diversas fovere opiniones crederentur. Hæc Bullingeri epistola suo non caruit successu; quippe anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo septuagesimo secundo Nemausensis Synodus hoc decretum ad Tigurinæ Ecclesiæ beneplacitum explicabat. Obiit tandem Bullingerus hoc anno die decima septima Septembris, atque in ejus laudem Joannes Stuckius funebrem sermonem declamavit: vitæ vero ejus Historiam, quæ tamen Panegyri similior est, Josias Simler Tiguri-

gurinus Vir suo ævo celeberrimus de-  
scripsit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

## §. XLVI.

*Continuata Renati Benedicti causa.*

Interea Renati Benedicti causa ob Bi-  
bliorum versionem continuo agitaba-  
tur, quia Arnaldus Doctor, ad quem  
Parisiensis Facultas Theologica Romam,  
ut memoravimus, hac de re perscripse-  
rat, hoc anno Christi millesimo quin-  
gentesimo septuagesimo quinto die de-  
cima nona Aprilis responsum suum  
dabat, & ad Lugdunensium Patrum  
Carmelitarum Priorem, qui Damasce-  
nus Episcopus Lugdunensis Archiepi-  
scopi Suffraganeus erat, literas  
milit, in quibus de Renati Benedicti  
arrogantia, & pertinacia querebatur.  
Eodem tempore scripsit ad Petrum  
le Goux supremum Facultatis Bidel-  
lum, eidem tradens epistolam Facul-  
tatis Theologicæ Deputatis consignan-  
dam, in qua exponebat, se ægerrime  
ferre, quod Renatus Benedictus ad  
tantam prolapsus esset obstinationem,  
ut a Romana Inquisitione infamiæ la-  
bem sibi inuri pateretur, quam tamen,  
ut inquebat ipse, facile declinare va-  
lisset, si sese Facultatis iudicio sub-  
jecisset.

*Argentre*  
*coll. jud. t. 2.*  
*pag. 434.*  
*Es seq.*

Sæcul. XVI.

A C. 1575.

§. XLVII.

Renatus Benedictus suam versionem  
apologia vendicans.Argentre  
pag. 435.

Renatus Benedictus cum se undique  
premi cerneret, prolixa apologia  
suam agendi rationem vindicare nite-  
batur, ac inter alia hæc exponebat:  
„nonnisi ex invidia quidam meorum  
„confratrum Theologiæ Doctorum ad-  
„versus Biblia meo nomine edita insur-  
„rexerunt, etiamsi hæc nonnisi a Typo-  
„graphis omnino Catholicis impressa  
„regio privilegio munita sint, aliunde  
„etiam a Catholicis avide recepta non  
„sine ingenti eorum emolumento: in-  
„super Lovanienses Doctores novum  
„approbarunt Testamentum in editio-  
„ne, quam ipsi consentiente Leodiensi  
„Episcopo Antverpiæ Anno Christi mil-  
„lesimo quingentesimo septuagesimo  
„primo concinnarunt. „ His præmis-  
„sis Doctores redarguebat, eoque se se  
Verbi divini progressibus opponerent,  
hacque ratione arma subministrarent  
hæreticis, qui falso Ecclesiam Catho-  
licam accusant, quod Fidelibus sacri  
Codicis lectionem prohibeat: his Re-  
natus addidit: „cum autem mei intel-  
„lectus rationibus diffidam, elucubra-  
„tionem meam celebrioribus Parisinæ  
„Facultatis Doctoribus, sociis meis com-  
muni-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1575.

„municabam, qui itidem eam appro-  
 „barunt, atque octodecim ex illis suam  
 „approbationem proprio chirographo  
 „firmarunt. „ Hanc apologiam Facul-  
 tas unacum responso ejus Romam trans-  
 misit, moxque Gregorius XIII. Papa  
 hoc anno Salutis nostræ millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo quinto die ter-  
 tia Octobris diploma transmisit, quo  
 censuram a Facultate contra Benedi-  
 ctum Renatum latam confirmabat, li-  
 terasque Apostolicas ad Decanum, ac  
 Facultatis Theologicæ Parisiensis in  
 Sorbonico Collegio Magistros dirigebat,  
 hæc asserens: „Vidimus Biblia, quæ  
 „ad nos misistis a Renato Benedicto,  
 „tanquam ex communi latina versione  
 „in gallicam linguam fideliter trans-  
 „lata, cognovimus in iisdem perverfas,  
 „ac perniciosas adnotationes, vestras-  
 „que in illud opus accuratas, & erudi-  
 „tas censuras: laudamus summopere  
 „vestram diligentiam, ac sincerum Ca-  
 „tholicæ veritatis Zelum cum doctri-  
 „na, & charitate conjunctum: si qui-  
 „dem bene nostis, quantam perniciem  
 „afferant piis animis libri depravati,  
 „& præsertim divinorum eloquiorum  
 „perversa interpretatio: corrumpunt e-  
 „nim, ut inquit Apostolus, bonos mo-  
 „res colloquia mala: quamobrem ve-  
 „stram censuram comprobamus, nem-

U 5

„pe

Sæcul. XVI. „pe in ejusmodi opere deprehendi er-  
 A.C. 1575. „rores, hærefes, blasphemias, injurias  
 „que intolerabiles, aliaque tum in textu,  
 „tum in annotationibus, additionibus,  
 „& præfationibus offendicula Catholi-  
 „corum ex hæreticis libris, & inter-  
 „pretationibus sumpta, ita ut non ad  
 „consolationem simplicium, sed ad de-  
 „solationem potius, & ruinam perversa  
 „ista versio spectare videatur: ne igi-  
 „tur tantum malum indies latius ser-  
 „pat, & piarum animarum sensus pe-  
 „stifera lectura ad profanas vocum no-  
 „vitates abducti corrumpantur, & ex-  
 „cidant a simplicitate, quæ est in Chri-  
 „sto, hinc illa divini prophetæ voce  
 „admoniti auferre offendicula de via  
 „populi mei, Biblia supradicta omnino  
 „prohibemus, & ab Ecclesia Catholica  
 „sub anathemate rejicimus: vestram  
 „vero in hanc sanctam sedem, obser-  
 „vantiam, sanctæque ejus fidei, Zeli,  
 „& potestatis venerationem, perpetuam-  
 „que pro Catholica fide pugnam, pa-  
 „terna, ut debemus, charitate amplecti-  
 „mur. „ Datum Romæ apud sanctum  
 Petrum sub annulo piscatoris die tertia  
 Octobris anno millesimo quingentesimo  
 septuagesimo quinto Pontificatus nostri  
 anno quarto.

Verum Renatus Benedictus huic  
 Apostolico diplomati aquiescere cuncta-  
 batur.

§. XLVIII.

## §. XLVIII.

Sæcul. XVI.

A. C. 1575.

*Parisiensium Facultatis Theologicæ conatus contra Patris Maldonati Jesuitæ sententiam de Conceptione.*

Insuper alia causa Parisiensem Facultatem Theologicam hoc anno distentam tenebat, ad quam dedit occasionem opinio, quam Joannes Maldonatus Jesuita docuit circa Conceptionem Beatissimæ Virginis, & durationem poenarum purgantium: hic enim Religiosus anno ætatis suæ trigesimo, Christi vero millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Societatis institutum amplectebatur, postquam antea Salmanticæ sub Dominici Soto Dominicanæ, & Francisci Toleti Jesuitæ postea Cardinalis Magisterio sua studia absolverat, græcamque linguam, Philosophiam, & Theologiam, priusquam se Societati manciparet, tradiderat: Jesuitæ de summo hujus Viri progressu in literis edocti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio eundem Lutetiam Parisiorum mittebant, ut ibidem in Collegio Claromontano primus e Theologis Societatis Jesu Professor esset, ubi etiam suas lectiones habuit cum tanta auditorum frequentia, ut ex omnibus Provinciis, ad quas sese  
fui

*Argentre*  
pag. 443.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

fui nominis fama extenderat, Scholares eum audituri concurrerent: dum vero Pictavium contenderat, ibidem Societatis Collegium erecturus, seque hæreticis oppositurus, Sedani in Lotharingia, & alibi cum Novatorum Ministris disputationes habuit, atque anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo tertio Parisios reversus ibidem rursus in Scholis prælegit, ubi paulopost coram profanis Judicibus accusabatur, quod Montbrunium sancti Andreæ Præsidentem, cui moribundo adstitit, sollicitaverit, ut Societatem ex asse hæredem nominaret, ideo citatus innocentiam suam testatam reddidit, unde Senatus cognita Viri probitate eundem ab accusationum calumnia vindicavit.

Verum non eadem facillitate coram Facultate Theologica suam doctrinam defendere poterat; cum enim suis Discipulis e suggestu tractatum de Incarnatione dictaret, ibidemque quæstionem de immaculata Beatæ Virginis Conceptione veluti opinionem problematicam agitaret, Parisienses Theologi vehementer in eum insurgebant, unde hic Jesuita sæpius ab Universitate citatus est, cum autem comparere renueret, totum negotium ad Petrum Gondium Parisiensem Episcopum remittebatur:

batur: præprimis vero Universitas in quodam quatuor Facultatum Conventu per Rectorem convocato accusationis libellum confecit, ibidemque quæsta est, quod Maldonatus insuperhabitis prudentiæ rationibus, pietatisque, & charitatis legibus novitates introducendi, fovendi schisma, atque erga Universitatis statuta contemptum inspirandi occasionem quæreret, cum sat notum esset, quod præcipue post Basileensis Concilii decretum Ecclesia Gallicana semper Beatissimam Virginem ab originalis peccati labe immunem esse senserit, ac docuerit, omnesque Galli in pia hac doctrina enutriti Beatæ Virginis Conceptionem honorare, sese obstrictos agnoscant, ac semper cum magno emolumento hunc cultum exhibuerint, nihilominus nunc Maldonatus oppositam doctrinam tradere aude- ret, hacque ratione schismati aditum panderet.

§. XLIX.

*Parisiensis Episcopi sententia in favorem Maldonati.*

Equidem Jacobus Ceuillines, qui tunc *Argentrel.* erat Prior Sorbonicus, & Rector Academiæ, sacram Facultatem de iis quæstionibus consulendam censuit: cum autem graviter ferret Reverendissimus Pari-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1575.

Sæcul. XVI. Parisiensis Episcopus Petrus Gondius, postea sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, quod sacra Facultas Theologiæ Parisiensis in Renati Benedicti versionem, quam hic idem Episcopus approbat, insurrexerit, hinc Maldonati partes tueri statuit, illumque per suum Promotorem interrogari, ac de ejus doctrina examen institui jussit, quinimo ipsemet Episcopus illum ad questionem vocabat, perceptisque octo, vel novem Doctorum hanc in rem accitorum judicii die decima septima Januarii anno post Christum natum millesimo quingentesimo septuagesimo quinto sententiam pronuntiabat, qua Maldonatum nihil fidei contrarium docuisse, nec minimum fovisse errorem declaravit. Enimvero Maldonatus immaculatæ Conceptionis opinionem in Ecclesia tam solemniter receptam, atque ab omnibus ferme Catholicorum Scholis adoptatam non impugnabat, sed duntaxat eam non esse fidei dogma afferebat.

§. L.

*Facultatis oppositio contra hanc sententiam, ejusque libellus duplex ad Senatum.*

*Argente l.c.* Quamprimum Facultas hanc sententiam a Parisiensi Episcopo latam fuisse

Sæcul. XVI.  
A.C. 1575.

fuisse perceperat, mox ad undecimam  
 Februarii diem apud Sorbonam comi-  
 tia haberi indixit, quibus etiam Uni-  
 versitatis Deputati intererant, ubi  
 decretum fuit, libellum supplicem  
 porrigendum esse Senatui Parisiensi, ut  
 scandalum ex Episcopi decisione ortum  
 reprimere velit. Die tertia Junii in ge-  
 neralibus Universitatis comitiis apud  
 Mathurinenses Magister Tyffart Rector  
 questus est, quod Maldonatus scri-  
 ptis, & verbo docuerit in Collegio Cla-  
 romontano, animas defunctorum tan-  
 tum degere, & remanere in Purgato-  
 rio per spatium decem annorum, ideo  
 placuit Universitati rem esse remitten-  
 dam ad sacram Facultatem, cum hæc  
 quæstio esset Theologica: insuper propo-  
 nebatur, libellum supplicem Senatui  
 dandum esse, in quo contineantur er-  
 rores hujus Theologi. Vicissim Maldona-  
 tus alium libellum supplicem obtulit  
 Reverendissimo Episcopo Parisiensi, que-  
 stus, violatam ab Universitate Episcopa-  
 lem dignitatem, eo quod illa libros, &  
 scripta damnare, & de doctrina judi-  
 care præsumeret. Hanc rationem Epi-  
 scopus Parisiensis approbans vetuit, ne  
 adversus Maldonatum procedatur: in-  
 super minatus est, se laturum senten-  
 tiam excommunicationis in Recto-  
 rem, & Doctores Theologos.

§. LI.

Sæcul XVI.

§. LI.

A.C. 1575.

*Universitas ab Episcopo excommunicata, illiusque appellatio ad Senatum.*

*Argentre  
pag 444.*

Die vigesima Junii Universitas apud Mathurinos conventum habuit, ut circa hanc Episcopi sententiam deliberaret, ubi etiam statutum fuit omnium ordinum consensu, provocandum esse ad Senatum ab Episcopi sententia, eo quod hic sua autoritate abuteretur, neque id, quod minabatur, auctoritate destitutus præstare posset: insuper statutum fuit, Cardinalem Borbonium privilegiorum Apostolicorum Academiae Conservatorem de ea re monendum esse, & ex singulis Ordinibus quosdam nominandos, qui in hoc negotio Reptori comitatum præberent: id quoque effectui datum, ac die vigesima secunda ejusdem Mensis Rector Academiae cum amplissimo comitatu a Cardinale Borbonio postulavit opem adversus protervos insultus, & iniquas Episcopi Parisiensis comminationes. Postea die secunda Augusti anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto januis clausis peroratum est inter Episcopum Parisiensem, & Academiam, quæ appellaverat a sententia excommunicationis lata ab Episcopo Parisiensi, ubi dein Sena-



Senatus edicto privilegia Facultatis Theologicæ confirmata sunt, & Episcopi Parisiensis sententia nulla, & irrita declarata est, utpote lata ex injusta causa, & contra privilegia Universitatis: porro ab illo tempore Maldonatus Parisiis Theologiam tradere cessabat, Bituricum secedens, ubi Jesuitæ jamjam Collegium possidebant: ibidem vero explanandis sacris literis operam dabat, simulque quibusdam suis operibus, quæ ad nos transmissa fuere, postremam manum admovebat: insuper in hoc suo recessu commentarium in quatuor Evangelistas, & in Prophetas minores conscripsit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

§. LII.

*Sævissima pestis in Italia.*

Hoc anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto Italia ex illis pœnis, quibus Deus justam suam vindictam exerere solet, funestissimam experiebatur; quippe sævissima pestis Romæ anno priori initium, occasionem vero ex frequentissimo Peregrinorum, qui omni ex parte pro obtinendis anni sacri gratiis confluebant, numero sumpterat, atque intra brevissimum temporis spatium sese per totam Italiam diffuderat, tam horrenda strage, qua atrocior nec hominum memoria re-

Spond. hoc  
ann. n. I.  
Thuan. l. 62.

*Hist. Eccles. Tom. XLIX. X cole-*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

colebatur, ac primo quidem hæc contagio a Tridentina urbe Veronam, atque inde Venetias, ac demum per reliquam hujus Reipublicæ partem propagata est.

§. LIII.

*Mediolanum pestilentia infectum.*

*Giessano  
vie de  
S. Charl.  
h. q. e. l.*

Hujus pestilentiae vis vel maxime in Mediolanensi urbe sæviebat, prout sanctus Carolus hujus civitatis Archiepiscopus prædixerat; postquam enim Monzenus Archipresbyter eidem nuntiaverat, quod in quodam pago haud procul ab urbe hominum quamplurimi subitanea morte eriperentur, sanctus Borromæus ad Jussanum Medicum reposuit: „falluntur Medici, dum febrem „acutam autumant id, quod tamen re- „ipsa morbus contagiosus est: vult enim „Deus Mediolanensem populum propter „peccata sua castigare, quapropter ad „subeundas calamitates, necnon ad auxilium cunctis, qui hac plaga affligentur, ferendum animus accingendus est. „ Sub idem quoque tempus Laudensem Episcopum jamjam cum morte luctari perceperat, idcirco confestim conscenso equo opem morienti laturus accurrebat, & quantumvis illum jamjam exspirasse in itinere intelligeret, nihilominus exequiarum officio functurus

rus

rus eo properabat, cumque ibidem e-  
 doceretur, quod pestis violentia Me- Sæcul. XVI.  
 diolanensis urbs vexari inceperit, & A. C. 1576.  
 Gubernator unacum præcipuis Proce-  
 ribus e civitate excesserit, ipse quan-  
 tocius illuc revertebatur, ubi plateas  
 innumeris pene infirmis obsessas repe-  
 riebatur, qui una omnes charitatis suæ  
 subsidia, opemque tanquam Filii a  
 Patre suo petebant: Carolus vero mox  
 solemnes supplicationes, jejunia, publi-  
 casque indixit preces ad placandam Dei  
 iram, seu disponendos Diæcesanos  
 suos, ut sese divinis flagellis in pœni-  
 tentiæ spiritu recipiendis submitterent.

§. LIV.

*Sancti Caroli Zelus, & charitas  
 grassante pestilentia.*

Sub idem tempus quidam Hispaniæ Griff. c. 2.  
 Regis Ministri, necnon Magistratus Ripemont.  
 sanctum Archipræsulem supplicatum in vita  
 venerant, ut hujus calamitatis tempore S. Caroli.  
 urbis suæ curam in se susciperet, &  
 salutaribus mandatis cuncta disponderet,  
 quæ ad sistendum imminentis mali pro-  
 gressum necessaria judicaverit. Hos  
 sanctus Carolus perbenigne excipiens  
 eis pollicebatur, quod se, suam vi-  
 tam, bonaque cuncta in populi sui ob-  
 sequium impendere velit: illos tamen  
 impense rogabat, ut iidem suam quo-  
 que

Sæcul. XVI.  
A. C. 1576.  
 que operam jungere, ac nullatenus, prout eorum jam plures fecissent, urbem deferere vellent. Postea animo suo perpendens, quod hæc pestis flagellum sit, quo Divina Nemesis homines castigare paret, se tanquam omnibus totius populi peccatis obnoxium reputans a semetipso publicam poenitentiam incipere statuit, unde singulis diebus corpus suum jejuniis macerans, non nisi nuda humo cubabat, simulque universo populo tres solemnes supplicationes indicebat, ad quas pene innumeri homines concurrebant, & quamvis amicorum suorum quamplurimi illum summis precibus, ut recederet, urgerent, specioso prætextu obtendentes, ut vitam suam in populi sui utilitatem diutius conservaret, nec suæ diæcesis partem nondum peste infectam necessaria ope destitueret: ast Carolus rejectis omnibus hisce suasionibus, non nisi illis obsecundabat consiliis, quæ eidem illa suggerebat charitas, quam ipsi supremus Pastorum Pastor pro grege suo instillabat: quapropter unacum Filiis suis in urbe subsistens pro eorum salute vitam suam immolare constituit, ut verò suæ conscientiæ tranquillitati consulere, nec quicquam temere aggrederetur, plurimos tam insigni pietate, quam profunda eruditione clarissimos

mos Viros hanc ob rem accersitos con- Sæcul. XVI  
A.C. 1576.  
sultabat, illos efflictim rogans, ut libe-  
re suam quisque sententiam ediceret, ac  
decideret, utrum ipse tanquam Medio-  
lanensis Episcopus peste urbem suam  
Episcopalem depopulante, si ejus plebs  
gravissimis malis exposita relinqueretur,  
ibidem persistere, atque infirmis opem  
præstare teneretur, anve salva reli-  
gione inde recedere posset?

§. LV.

*Carolus amicorum suorum discessum  
suadentium consilia rejiciens.*

Illi viri, quos in consilium S. Carolus Ginss. l. c.  
vocabat, decidebant, quod vitam  
suam non evidenti periculo exponere,  
sed potius eam in utilitatem suæ diæ-  
cesis, cujus Mediolanum non nisi uni-  
ca pars esset, conservare teneretur, præ-  
cipue cum juxta ejus mandata infirmis  
abunde succurri posset, ipse vero sedu-  
lo considerare deberet, quod ejus Per-  
sona Ecclesiæ tantam afferret utilita-  
tem, ut sibi non æque, ac cuivis alteri  
Episcopo de sua vita disponere inte-  
grum relinqueretur, cum juxta divinæ  
Providentiæ leges ad altiora selectus ef-  
se videatur. Verum hæc decisio, quan-  
tumvis iidem illam pluribus exemplis,  
ac testimoniis fulcire niterentur, sancti  
Cardinalis animum non convincebat,

X 3

æri-

Sæcul. XVI. acriter propugnans, quod boni Pastoris  
A.C. 1576. partes exigent, ut in ejusmodi occa-  
 sione vitam suam daret pro ovibus suis,  
 porro id pluribus sanctorum Patrum  
 auctoritatibus, plurimorumque omnis  
 ævi Episcoporum exemplis testatum  
 reddebat: cum autem ejus amici ho-  
 rum facta fuisse perfectissimæ vitæ ex-  
 empla, non autem vivendi præcepta  
 reponerent, sanctus Carolus respondit:  
 enimvero si hoc opus perfectum est, &  
 ego ad illud obstringor, cum Episcopus  
 ad acquirendam perfectionem ipsam te-  
 neatur.

Cum ergo Sanctus Archipræsul pro  
 populi sui subsidio in urbe persistere de-  
 cerneret, propriis quoque rebus suis  
 adeo sollicitè prospiciendum esse censuit,  
 perinde ac si certo moriturus esset, qua-  
 propter testamenti sui tabulas conscrip-  
 psit, suisque hæredibus duntaxat ea  
 reliquit, quæ ipsis ex legum privilegio  
 a nemine subtrahi poterant: de cetero  
 autem totius reliquæ substantiæ hære-  
 dem ex asse majus urbis Xenodochium  
 nominabat, atque alia bona suis dome-  
 sticis, variisque piis locis legabat: post-  
 quam igitur hac ratione de tempora-  
 libus bonis suis disposuerat, non nisi sub-  
 levandis ægrotis intentus erat, hinc se  
 contulit ad Sancti Gregorii Xenodo-  
 chium extra urbis mænia situm, quod  
 qui-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

quidam Mediolanensis Dux olim pro pestiferis erigi curabat: ibidem ergo Sanctus Borromæus infirmorum, qui tam sacro, quam profano auxilio destituti ingemiscebant, calamitates deplorans ad suæ Diæcesis valles Helvetiorum Dominio subjectas quosdam ablegabat, ut ex hisce locis nonnulli Ecclesiastici probitate insignes, necnon alii Viri charitate ferventes submitterentur, qui fratribus suis pietatis opera impendere velent: præterea ipsos quoque Religiosos implorabat: ne vero eorum Superiores piis illorum operibus, ac zelo sese opponerent, etiam a Pontifice facultatem impetrabat, quatenus eorum ministerio absque horum Superiorum consensu uti posset.

## §. LVI.

*Continuatum Sancti Caroli studium pestiferis succurrendi.*

Insuper summus Pontifex, ut omnes *Giussano c. 3. p. 295.* fideles ad opem suis fratribus in extrema hac necessitate constitutis ferendam accenderet, tam efficax diploma edidit, ut illud Sanctus Cardinalis typis imprimi, illique libro inferi jussit, quem in hac occasione divulgabat, unacum epistola Sancti Dionysii Alexandrini ab Eusebio Cæsariensi relata, in qua sanctus hic Præsul referebat præclara

**Sæcul. XVI.** **A.C. 1576.** charitatis officia, quæ Christiani illa ætate cunctis morbo contagioso afflictis reddebant. Huic epistolæ Sanctus Carolus divi Cypriani sermonem ad suam gregem pestis tempore habitum adjunxit, præter alia quædam Patrum opera, quæ ad præsentem temporis vicissitudinem congrua erant, ac ipse ad excitandam fidelium charitatem magis opportuna censebat.

Porro cum ex morbi violentia pauperum numerus indies cresceret, atque miseria ubique maxima cerneretur, tenerum sancti Archiepiscopi cor commiserationis vehementiæ haud amplius resistendo par erat, quapropter omnia, quæ habebat, vasa argentea ad monetariam mittebat officinam, ut exinde nummi in horum pauperum levamen erogandi cuderentur: cum autem ea, quæ solus præstare poterat, ad tollendas, quas innumerus ferme populus patiebatur, miseras haud sufficerent, hinc in urbe, tota Provincia, & vicinis ditionibus eleemosynas colligi iussit: unde hujus sancti Cardinalis exemplo, ac monitis quamplurimi tum Clericum tum Laici ad rara charitatis specimina excitabantur, adeo, ut horum nonnulli eleemosynis, alii autem suo ministerio infirmis opem ferre certarent: insuper charitas, quæ sane ingeniosa erat, sancto



Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

cto Carolo media fuggerat, quibus ex sua etiam suppellectili pauperes infirmos hyemis tempore vestiendi opportunitatem nanciscebatur; quippe omnia, quæ in suo palatio supererant, aulæa, tapetes, lintheamina, portarum cortinas, detritas vestes, & lectorum peristromata in frustra discindi, ac copiose pannos coemi iussit, quos illis, qui in valetudinario erant, subministrabat, nil veritus, ne ob pauperum amorem ære alieno sese gravaret, cum potius semetipsum, si posset, vendere paratissimus esset, ut hac in re imitaretur exemplum sancti Paulini Nolani, qui idem fecisse legitur.

§. LVII.

*Sanctus Carolus pœnitentis habitu in publicis supplicationibus a se decretis incedens.*

Morbi violentia omnem, quamcunque Sanctus Carolus ad præpediendos illius progressus impendit, diligentiam eludebat, ac indies magis, magisque ingravescibat: quapropter Sanctus Carolus cum Deum populo suo vehementer iratum probe intelligeret, illius vindictam publicis pœnitentiæ, contritique animi exercitiis placare satagebat, hancque in rem solemnes decernebat supplicationes, quamvis vero Magistratus e-

X 5

dem

Sæcul. XVI. dem grave, cui populus ob nimiam  
 A.C 1576. concurrentium frequentiam exponere-  
 tur, periculum ob oculos poneret, ni-  
 hilominus sanctus Archipræsul nullam  
 hujus metus rationem habens eis ita  
 respondit: „de remediis humanis de-  
 „speratum est, nam ad castigandos Me-  
 „diolanenses Divina Nemesis hoc flagel-  
 „lo utitur, hæc igitur placanda est, fors  
 „enim populi in unum congregati, qui  
 „hanc sanctam sibi vim infert, precibus  
 „flectetur Deus: „ His dictis proposuit  
 illis exemplum Sancti Gregorii Papæ,  
 qui in simili eventu universalem suppli-  
 cationem instituit Deo tam acceptam, ut  
 calamitas illico cessaret. Ergo his sup-  
 plicationibus initium dabatur, ubi com-  
 parebat ipsemet sanctus Archiepiscopus,  
 perinde ac si pro expiandis populi sui  
 noxis destinata esset victima: insuper  
 omnibus incolis in Cathedrali Ecclesia  
 congregatis ipse sacratos cineres eorum  
 capitibus imponebat, ubi cuncti in lac-  
 rimas dissolvebantur, dum Pastorem  
 suum violaceo pallio indutum, nudipe-  
 dem, ac grosso fune ad collum penden-  
 te ingentem Crucem cum Salvatoris  
 nostri imagine in manibus gestare, at-  
 que in Christum assidue oculos suos lac-  
 rimis manantes convertere cernerent.

Eodem quoque lugubri apparatu,  
 quo Sanctus eorum Præsul incedebat,

pari-

Sæcul. XVI.  
A. C 1576.

pariter Canonici, Sacerdotes, ac laicorum plurimi ibidem comparebant, cunctisque ad Sancti Ambrosii Ecclesiam delatis Sanctus Borromæus consensu suggestu ad populum suum orationem habuit, cui textum ex Jeremia Propheta Jerosolymitanam desolationem deplorante præfixit, cum eo exclamans:

*Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua Domina Gentium.* Jerem. thr. c. I. v. I.

Porro sanctus hic Præsul cum gravissima verborum efficacia perorabat, quin plaga, quam ex prægrandi clavo ejus pedem intime penetrante acceperat, illius fervorem imminuere posset, inde vero unacum toto supplicantium agmine revertebatur, nullumque malo remedium adhibebat, imo nequidem sibi unquam præcidi patiebatur, priusquam ceteræ supplicationes fuerant peractæ, quibus finitis suos Diæcesanos induxit, ut Sancto Sebastiano, cujus patrocinium fideles in ejusmodi calamitatibus solita pietate invocant, votum nuncuparent, ipse vero hujus Divi Ecclesiam ruinæ proximam quantocius se restauraturum promisit, reditusque assignavit, ut singulis diebus ibidem sacrum celebrari posset, ac pridie ante festam ejus diem jejunium institui, necnon argentea lypfana, in quibus nonnullæ hujus Sancti reliquiæ asservarentur, confici.

Sæcul. XVI. fici, ac in illius festivitate solemnem  
 A. C. 1570. supplicationem quotannis haberi spon-  
 dit.

## §. LVIII.

*Sanctus Carolus omnia suæ Diœcesis  
 loca peste infecta perlustrans.*

*Giuss. l. 4.  
 c. 1.*

**A**mplissima Sancti hujus Archipræfulis  
 charitas, ejusque sollicitudo ne-  
 quaquam intra arctiores Mediolanensis  
 urbis limites constringi patiebatur; quip-  
 pe malo nonnihil decrescente suarum  
 partium esse arbitrabatur, ut tuto urbe  
 egredi permissus suam Diœcesin lustra-  
 re, cunctaque loca hoc morbo infecta  
 percurrere posset, comitantibus eum  
 quibusdam Viris ab eo studiose selectis,  
 præterea ubique eundem ordinem,  
 quem Mediolani observari jusserat, in-  
 troduxit, æqualique cura pauperibus,  
 atque infirmis subveniens divites ad fe-  
 rendam opem excitavit, porro hujus fer-  
 vidi Pastoris præsentia eosdem infirmos  
 recreabat, eosque ad calamitates suas  
 cum plena in divinam voluntatem sub-  
 missione sufferendas excitabat, nam hos  
 solatio replebat, illos autem ad con-  
 stantiam inflammabat, eos vero, qui  
 morti proximi erant, ad ultimam lu-  
 ctam administratis Ecclesiæ Sacramen-  
 tis ipse disponebat, cumque in agris  
 tentoria pro infirmis constructa fuissent,  
 ibi-

ibidem Sacella erigi curavit, ut singulis diebus Sacrum celebrari posset. Denique sua sollicitudine, suisque precibus tandem exeunte anno sequenti pestis repressa est, qua lue extinctorum septendecim millia intra urbem, & octo millia in reliquis Diæceseos locis numerabantur, ex quibus viginti sex Ecclesiastici, duo Jesuitæ, totidem Barnabitarum, & decem Cappucini recensentur: ex Monialibus autem paucæ admodum hoc malo consumptæ perierunt, eo quod Sanctus Cardinalis illas particulari sollicitudine fovisset, eisque omnia subsidia amplissima procurasset.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1576.

§. LIX.

*Quarta Mediolanensis Synodus a S. Carolo celebrata.*

Eodem hoc anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto paucis ante Mensibus, priusquam pestilentia grassari cæperat, Sanctus Carolus quartam suam Synodum Mediolanensem diplomate die prima Martii edito ad decimam Maji indixit, huicque Synodo initium fecit præmissa oratione, in qua iterato Concilia convocandi necessitatem, necnon uberrima, quæ inde in Ecclesiam redundant, commoda exposuit, quatenus hac ratione mores corrigerentur, & disciplina facta servaretur.

*Labbe Cat.  
lect. Conc.  
tom. 15. p.  
410. & seq.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

varetur, juxta mentem Tridentini Concilii, quod sæpius ejusmodi Synodos haberi præcepit. Intererant huic Concilio præter Visitatorem Apostolicum undecim Episcopi, atque univèrsus Mediolanensis Clerus, ubi præprimis fidei professio, prout jam in prioribus Synodis factum, edebatur, atque ex adstantibus omnes eandem interposita juramenti religione firmarunt. His peractis sigillatim de statutis, & decretis agebatur, atque initium sumebatur ab iis, quæ sacras reliquias, atque imagines concernunt, ubi etiam actum est de Indulgentiis, superstitionibus, quatuor temporum lege, de formula indicendi jejunia, de feriis, in quibus ad judiciale forum aditus non pateret: insuper de festivitate Divi Ambrosii, & de Clericorum ad festorum celebritates concursu, atque de religiosis peregrinationibus decreta fuere condita, injunctumque, ut sacri hujus itineris tempore singulis diebus Missa audiatur, Ecclesiæ jejunia ferventur, Eleemosynæ dentur, ac preces persolvantur, necnon colloquia duntaxat de rebus sacris instituantur, ac denique Tempia pielustrentur.

Altera pars complectitur ea hujus concilii decreta, in quibus agitur de Ecclesiarum cultu, de Sacellis, & Altari-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

taribus, de sepulcris, cæmeteriis, cæm-  
panis, ornamentis, & decore locorum  
sacrorum, necnon de profano usu a sa-  
cris locis sollicitè tollendo: prohibitum  
insuper est, ne ibidem confabulationes  
instituantur: præterea statutum, ut  
mulieribus tam in ingressu, quam e-  
gressu ex Ecclesia loca a Viris segrega-  
ta assignentur: agebatur etiam de Ec-  
clesiarum, & Altarium consecrationi-  
bus, de parvis sacellis in via publica  
extractis, de orationibus vespertinis,  
de Verbi Divini Prædicatione, & de  
scolis, in quibus Christiana doctrina  
tradatur. Denique progrediebatur Sy-  
nodus ad ea, quæ ad Sacramenta, sa-  
crum oleum, libros Baptismales, &  
exorcismos spectant: postea de quolibet  
Sacramento sigillatim agebatur: ad hæc  
istud Concilium exactè discutiebat om-  
nia, quæ ad sacramentorum admini-  
strationem, beneficiorum collationem,  
& provisionem, Sacrificium Missæ, Di-  
vinum Officium, supplicationes, exe-  
quias, Canonicorum distributiones, Pa-  
rochias, atque ad earum iura, & offi-  
cia spectant.

Tertia demum parte exponuntur E-  
piscoporum officia, ubi agitur etiam de  
vita, & honestate Clericorum, de ne-  
cessitate visitationis Episcopalis, Con-  
cilioque Provincialis omni triennio ce-  
le-

Sæcul.XVI  
A.C.1576. lebrandi, necnon Diæcesanæ Synodi.  
 Legebantur quoque plura admodum  
 salutaria monita ad Clericos pro morum  
 institutione, Clericorum lectionibus, ac  
 studiis, vestibibus, & residentia: conde-  
 bantur etiam statuta de Episcoporum  
 jurisdictione, foroque Ecclesiastico,  
 necnon de iis, quæ Sacramenti Matri-  
 monii celebrationem, Regulares, & Mo-  
 niales, ac earum, ut vocant, locutoria,  
 rotas, & clausuram exacte observan-  
 dam concernunt: actum insuper est de  
 monasteriis, in quæ etiam mulieres in-  
 gredi prohibentur, ubi præscribaba-  
 tur modus, quo locus ad confessio-  
 nes excipiendas destinatus construatur:  
 præterea decreta pro temporalium bo-  
 norum œconomia admodum salutaria  
 conduntur: exponuntur quoque ea om-  
 nia, quæ ad conservanda pia loca,  
 Xenodochia, & foundationes conferre  
 possunt: præter hæc fideles ad pauperum  
 curam, Parochi ad illorum instructio-  
 nem, & eleemosynam illis erogandam,  
 necnon ad frequentem Sacramentorum  
 usum illis inculcandum admonen-  
 tur: denique pænæ in eos, qui hæc  
 decreta violare attentaverint, statuun-  
 tur, & sancitur, ut decreta valvis Ca-  
 thedralis Ecclesiæ affigerentur, quate-  
 nus nullus ignorantiam obtendere va-  
 leat. Ceterum sequens Synodus ad  
 diem



diem septimam Maji anni post Christum Sæcul. XVI.  
 natum millesimi quingentesimi septua- A.C. 1576.  
 gesimi noni indicebatur.

§. LX.

*Josias Simler, & Conradus Heres-  
 bachius mortui.*

Sub idem ferme tempus Josias Simle- Thu. l. 62.  
 rus Capellæ in Helvetiis natus an-  
 no ætatis suæ circiter quadragesimo  
 quinto decessit. Hic Petro Martyri  
 succedens pro Tigurinis Minister consti-  
 tuebatur, qui humanioribus literis ex-  
 cultus pariter variis Teologicis elucu-  
 brationibus contra Socinianos editis ce-  
 lebrem sese reddebat.

Eo demortuo paulo post Conradus  
 Heresbachius generis nobilitate, atque  
 eruditione clarus in Cliviensi Ducatu  
 obiit, postquam septuagesimum secun-  
 dum vitæ suæ annum (\*) exegerat. Hic  
 jurisprudentiæ, linguarum, & politio-  
 nis literaturæ fama clarus plures Aucto-  
 res profanos latine reddidit: inter Scri-  
 ptos vero Ecclesiasticos numerari me-  
 ritur ob suum commentarium in Davi-  
 dis Psalmos a doctis commendatum.

§. LXI.

(\*) Thuanus illum anno ætatis suæ sexa-  
 gesimo septimo mortuum asserit.

*Hist. Eccles. Tom. XLIX. Y*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

§. LXI.

*Quintum concordiae edictum in Calvinistarum favorem.*

*Recueil de  
tout ce qui  
s'est fait pour  
& contre les  
Protestants  
par le Fevre  
p. 28.*

Interea Calvinistarum factio magis, quam unquam, in Galliis numero, & potentia crescebat, cumque timendum esset, ne tunc, si eorum postulationibus resisteretur, ipsi occasione inde quaesita novos tumultus excitarent, hinc rursus hoc anno quintum concordiae edictum in eorum favorem edebatur, quod sexaginta tres articulos complectitur: porro in eo Franciæ Rex regni sui Calvinistis sectam suam in omnibus urbibus, pagis, & Franciæ villis profiteri, atque ibidem fana erigendi integram concessit libertatem, exceptit tamen Parisinam urbem, ceteraque loca intra duas leucas huic civitati vicina. Eodem edicto Rex hosce hæreticos suis bonis, & dignitatibus restituit, simul pollicitus, quod intra semestre regni Ordines Blesis congregare, suorumque subditorum querelas excipere, ac regni necessitatibus eo securius prospicere velit: insuper prohibuit, ne Sacerdotes, & Monachi, qui uxores duxerunt, propterea molestentur, quinimo eorum etiam proles ex sacrilegis ejusmodi nuptiis susceptas declarabat legitimas, atque ad bonorum, rerumque partarum

suc-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

successionem idoneas. Denique eis concessit Curias utrinque divisas in quolibet Senatu, ita, ut illarum iudices partim ex Catholicis, partim ex Calvinistis seligantur, qui de horum hæreticorum causis cognoscerent: præterea ad plenam hujus pacti securitatem Rex plura oppida in Occidania, Aquitania, Delphinatu, Alverniis, & in Provincia eis assignabat, ea tamen lege, ut Andegavensis Dux, Navarræ Rex, Condæus Princeps, & Damvillæ Dux, quibus præfatæ urbes redderentur, idonee caveant.

Adhæc Rex in hoc edicto declarabat, quod cædis in die Sancti Bartholomæi perpetratæ nequaquam conficius fuisset, ac nonnisi cum summo animi dolore eam percepisset, simulque prohiberet, ne Carnutensis Vicedominus, ac Bellovacensis ob fœdera cum Angliæ Regina inita molestentur: concessit etiam Rex Arausionensi Principi omnia sua bona, ac prædia, quæ in Galliis habebat, rursus possidendi facultatem, pariterque omnes sententias in Molam, Coconasum, & Joannem de la Haye Pictaviensem Prætorem latas declarabat irritas, nullasque, eorum vero memoriam pristinæ existimationi reddebat, atque illorum hæredibus istorum bona recuperandi veniam largiebatur.

Y 2

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.  
batur, eandemque gratiam Colinio maris Præfecto, Briquemaldo, Cavanio, Montgomerio Comiti, & Puteo Montbrunio impertiebatur. Denique Calvinistis permittebat, ut Consistoria, & Synodos habere possent, ea tamen conditione, vi cujus regius quidam Minister illis interesset, prout etiam prohibebat, ne intra regnum ullus liber, nisi prius a loci Ministris sedulo examinatus divenderetur, aut libelli famosi typis vulgarentur: præcipue autem articulo decimo sexto sancitum, ut in omnibus publicis monumentis, & diplomatibus, ubi de Calvinistarum hæresi mentio fieret, semper ea vocaretur prætensa religio reformata. Tandem in capite decimo iidem Calvinistæ obstringuntur, ut in matrimoniis contrahendis circa consanguinitatis, vel affinitatis gradus Ecclesiasticas leges observarent.

## §. LXII.

*Initium Ligæ, seu sancti fœderis.*

*Thu. l. 63.*  
*Avila l. 6.*  
*Maimb. hist.*  
*de la ligue*  
*l. 1.*  
**H**oc edictum, eo quod Calvinistis longe magis, quam priora omnia, faveret, non parum irritabat Catholicos, inter quos magis fervidi in variis locis fœdera inire satagebant, obtendentes, quod veram religionem contra ejus inimicos tueri vellent; jam enim dudum de ejusmodi fœderibus agebatur,

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

tur, ut hæresis progressus sisti, ac præpediri possent, ne religio Catholica Sectariorum molitionibus, ac violentiis succumberet: eapropter Lotharingius Cardinalis in Tridentina Synodo præfens præcipuis sacri hujus confessus Patribus, aut per eos ipsi summo Pontifici exponebat, quod ad religionem contra hæreticorum impetus conservandam nullum securius esset medium, quam armorum societas, cui omnes Principes, & Proceres fidei Catholicæ addicti, ac præcipue Hispaniæ Rex nomen darent. His quoque addidit, necesse esse, ut Papa hujus fœderis Protectorem sese declararet, illiusque Ducem seligeret, cui ceteri omnes Catholici morem gerere tenerentur. Placuit hoc consilium, atque in fœderis Principem Guisus Dux Lotharingii Cardinalis Frater destinabatur, eo tempore, quo illum ab hæreticis trucidatum fuisse nuntiabatur: nec tamen propterea Cardinalis a suo proposito destitit, sed undecim, aut duodecim annis superfedit, usquedum juvenis Guisus Dux Henricus ejus Nepos consilium exequendo par evaderet. Tum eandem rem summo Pontifici, atque Hispaniarum Regi exposuit, qui una omnes variis licet rationibus permoti huic fœderi accesserunt; quippe Papa religionem

Y 3

Ca-

Sæcul. XVI. Catholicam tuendi, hæresesque extir-  
A.C. 1576. pandi desiderio, Hispaniæ vero Rex  
belli tumultus, qui ex hoc foedere in  
Galliis orirentur, in rem suam verten-  
di studio ad amplectendum hoc consi-  
lium adigebatur: interea vero Lotha-  
ringius Cardinalis vivis eripiebatur.

§. LXIII.

*Parisienses præ ceteris primi huic fo-  
deri adherentes.*

*Thu. l. 63.*

**H**oc consilium executurus juvenis Gui-  
sius Dux factionem sibi conciliare  
nitebatur, cujus potentia fretus potif-  
simam Galliarum partem subjicere pos-  
set, porro cum nuperum edictum a Re-  
ge promulgatum ad inchoandum hoc  
foedus opportunam occasionem suppedi-  
tare crederet, seque illius caput nomi-  
nandum speraret, hinc per suos emissar-  
ios populis exponebat, quod postrema  
hæc concordie pacta nequaquam feren-  
da sint, ac proin adversus ea conqueri  
debeant, eorumque querelas virium po-  
tentia, atque auctoritatis pondere suf-  
fultum iri sciant. Eadem hæc ratio-  
num momenta præprimis Parisiensibus  
proponerentur in quodam ferventi col-  
loquio, quod quidam Unguentarius no-  
mine Petrus Bruyerus habebat, ipse  
enim, ejusque Filius Matthæus Curie  
criminalis Consiliarius præ ceteris pri-  
mi

mi hoc fœdus promulgabant: postea vero præter quamplurimos licentioris vitæ homines, etiam plures, iique prædivites cives, minus puro veræ religionis studio accensi sese hisce seditiosis adjugebant, cumque ex illis unus, qui ceteris magis teneræ erat conscientiæ, priusquam huic societati nomen daret, tempus deliberandi peteret, ac Thuanum primum Præsidentem in consilium vocaret, hic ejusmodi rem damnavat, civesque, ut resisterent, hortabatur: quapropter illius executio aliquamdiu differebatur.

§. LXIV.

*Fœdus in Picardia amplo successu gloriosum.*

Guifius Dux juncta Cenomanensis Ducis, & Guifii Cardinalis Fratrum suorum opera in Provinciis rem urgere satagebat, atque inter ceteras præcipue in Picardia hæc armorum societas ampliores fecerat progressus, quorum autem causas huc recensere lubet; quippe inter secretos nuperæ pacificationis articulos Rex Condæo Principi promiserat, ut non modo Picardiæ regimine integre frueretur, sed insuper Peronam urbem præsidio regis sumptibus alendo firmatam tanquam securitatis asylum teneret, ut ergo hic Princeps hanc

*Thuan. Es  
Avila l. c.  
Memb. l. 2.*

Y 4

Præ-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

Præfecturam obtinere præpediretur, necesse erat, quatenus Picardina Provincia huic foederi adjungeretur, simulque Peronnæ Gubernator, qui urbem nondum cesserat, ad foederatorum studia pertraheretur. Tunc temporis huic urbi præerat Jacobus Humerius, qui tribus urbibus Peronnensi, Rauganæ, & Monti-Desiderii imperabat, aliunde vero Vir erat in tota Provincia non modo divitiarum abundantia, sed etiam auctoritate præ ceteris omnibus longe celeberrimus, ac præterea Montmorentiorum, proin etiam Condæi Principis inimicus. Hic sua liberali munificencia, ac populari prorsus morum comitate civium animos sibi facile conciliabat, ac cum ingenti rationum efficacia eisdem exponebat, quod merito de religione timendum esset, nisi Condæus Princeps huic Provinciæ dominaretur, qua ratione expugnati cuncti Nobiles, omnesque Picardiæ urbes armorum societati subscripserunt. Postea cuidam juveni Nobili nomine Haplincurtio datum est negotium, ut etiam Peronnenses ad acceptandum foedus induceret, Rege hanc unionem haud ægre ferente, eo quod hac ratione sese ad ea, quæ Principi temere promiserat, servanda haud amplius obstrictum fore crederet: nihilominus Rex, ut Condæum pla-



placaret, eidem Peronnæ loco oppidum  
Sancti Joannis Engeriaci, & Cognacum attribuit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

## §. LXV.

*Unionis pacta a fœderatis subscripta.*

Ceterum fœderis pacta, quæ fœderatis erant subscribenda, duodecim complectebantur articulos, quos tamen, cum quandoque nimis aperte Regis conniventiam redarguere videntur, Humerius ad formam magis moderatam redigebat, quam huc adducere lubet, prout eam Historici referunt.

Maimb. p. 529.  
Daniel hist. de France t. 6. de l'edit. 1723. p. 571.

„In nomine Sanctissimæ Trinitatis  
„post participationem pretiosi Corporis  
„Christi Domini promissimus, & juravimus per Sancta Evangelia, vitam,  
„honorem, & bona nostra, quod ea, quæ hic conventa, & a nobis subscripta sunt, sequi, ac fide nunquam violanda servare velimus, constituta pænna, vi cujus tanquam perjuri, infames, ac perpetuo tanquam viri omninobilitatis, & honoris prærogativa indigni haberi, ac declarari volumus.

„I. Cum singulis probe perspecta sint nefanda molimina, & conjurationes contra Dei honorem, sanctam Ecclesiam Catholicam, & contra statum, atque hujus Francici Regni Monarchiam,

Y 5

„nar-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

„narchiam tam ab ejus subditis, quam  
 „exteris conflatae, notumque sit omni-  
 „bus, quod diuturnis, ac continuis bel-  
 „lis, civilibusque diffidiis Regum no-  
 „strorum potentia adeo debilitata, ipsi-  
 „que ad tam fatalem redacti sint neces-  
 „sitate, ut ex propriis viribus sumptus  
 „ad conservandam nostram Religionem  
 „necessarios ferre haud amplius possint,  
 „proin nec nosmetipsos suo praesidio,  
 „aut nostras personas, familias, & bo-  
 „na, quorum hucusque tantam jactu-  
 „ram, & damnum passi sumus, in se-  
 „curitate conservare valeant: eapro-  
 „pter summopere necessarium juxta, ac  
 „opportunum censuimus, ut praepriis  
 „honorem, quem conservandae nostrae  
 „Religioni debemus, eidem reddamus,  
 „nosque illius tuendae longe ferventius  
 „studium exeramus, ac reipsa illi a ve-  
 „ra Religione devii pro novarum, fal-  
 „sorumque opinionum suarum incre-  
 „mento exhibent.”

„Hanc ob rem unaomnes juramus,  
 „ac spondemus, quod cunctas vires no-  
 „stras impendere velimus, ut exerci-  
 „tium praefatae nostrae Religionis Ca-  
 „tholicae, Apostolicae, & Romanae, in  
 „quanos, nostrique Majores enutriti  
 „sumus, nosque vivere, ac mori cupi-  
 „mus, salvum, factumque maneat, ac  
 „redintegretur.”

„Præ-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

„Præterea omnem obedientiam, honorem, ac pcedemissum obsequium promittimus, & juramus Henrico Regi nunc feliciter regnanti, quem Deus nobis supremum Regem, ac Principem nostrum ex Regni legibus ad sceptrum vocatum constituit.

„Igitur juxta submissionem, quam omni jure præfato Regi nostro Henrico deferre obstringimur, insuper pollicemur, quod omnes vias, ac media impendere velimus pro conservanda ejus auctoritate, necnon pro exequendis ejus mandatis, quæ nobis vel ab ipso, vel ejus Vicariis generalibus, aliisque ea potestate munitis tam pro Religionis Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ exercitio in Galliis conservando, quam pro subditis rebellibus ad ejus obsequium, & officium redigendis imponentur, quin alium quemcunque præter ipsum Henricum, vel eos, qui ejus jussu nobis præcipiunt, tanquam Principem nostrum agnoscere velimus, eo potiori jure, quia præfato nostro Regi, ac Principi juxta innatam bonitatem, & prudentiam placuit omnes suos, sique Regni subditos tam amplis beneficiis cumulare, eosque ad generalia omnium Regni Ordinum, & statuum comitia advocare, ut suorum subditorum querelas excipere, piamque, ac salu-

Sæcul. XVI  
A.C. 1576.

„salutarem incipere queat reformatio-  
 „nem abusuum, & corruptelarum, quæ  
 „jamjam a longo tempore in hoc regno  
 „invaluere: speramus itaque, fore, ut  
 „in tam copioso conventu salutaria pro-  
 „fus consilia adjuvante Deo concipia-  
 „mus: eapropter promittimus, ac ju-  
 „ramus, quod bona, vitamque no-  
 „stram profundere velimus, ut integre  
 „effectui dentur ea omnia, quæ in his-  
 „ce comitiis decernenda sunt, præci-  
 „pue, ac speciatim ea, a quibus Reli-  
 „gionis Catholicæ, Apostolico-Roma-  
 „næ salus, & conservatio, necnon re-  
 „giæ auctoritatis, ac Majestatis incre-  
 „mentum, nostræque patriæ bonum, ac  
 „tranquillitas dependent, ita tamen, ut  
 „cuncta salvis avitis nostris privilegiis,  
 „& libertatibus fiant: in illis enim sem-  
 „per integra fide conservari petimus.

„Propterea nunc etiam, ut supra,  
 „una omnes subscripti promittimus, quod  
 „semper parati, ac valide armati, nec-  
 „non juxta status nostri conditionem sti-  
 „pati esse velimus, ut quamprimum re-  
 „quisiti fuerimus, exequi valeamus illa  
 „omnia, quæ vel Rex supremus Prin-  
 „ceps noster, vel ejus Vicarii, vel alii  
 „illius auctoritate, & potestate muniti  
 „injunxerint, ut nostram Provinciam  
 „sartam servemus, atque etiam alior-  
 „sum, si opus foret, contendamus pro  
 „con-

„conservanda præfata Religione nostra, Sæcul. XVI.  
„& regiæ Majestatis suæ obsequio, quin A.C. 1576.  
„in Nobilium arbitrio, aut potestate  
„relictum sit aliorum studiis sese ad-  
„dicere, vel sub aliorum vexillis sti-  
„pendia mereri, quam sub Ducis sui,  
„vel Prætoris, in cujus Præfectura e-  
„runt, signis militare, nisi ad id  
„veniam, & licentiam daret Rex, vel  
„ejus Vicarius, aut præfatæ societatis  
„nostræ Dux nomine Humerius, cui  
„nos omnem honorem, atque obedien-  
„tiam præstare pollicemur, ad ejus ta-  
„men Senatuum sex ex præcipuis Pro-  
„vinciæ Proceribus, aliique viri de-  
„bitis dotibus, ac integra fide conspi-  
„cui vocantur, ut juxta eorum confi-  
„lia præfatorum articulorum execu-  
„tioni, sumptibus, alimento, atque  
„hanc in rem necessariis sumptibus jux-  
„ta patriæ facultates prospici valeat,  
„quam in rem quatuor militum vexilla,  
„equites valide armatos, equisque pro-  
„be instructos, necnon undecim pedi-  
„tum signa nequidem numeratis cata-  
„phactorum legionibus pro præfatæ  
„Provinciæ conservatiooe offerimus,  
„quæ etiam copiæ, ad alias expedi-  
„tionos impendi poterunt, si earum  
„servitia aliorum necessaria forent,  
„denique cuilibet centuriæ tam e-  
„questri, quam pedestri tres no-  
„bilis

Sæcul. XVI. „nobiles illius patriæ Viri animo, atque  
A.C. 1576. „experientia clari præerunt, qui ta-  
 „men a regio Vicario, vel ab eo, cui  
 „unum ex his feligendi, ac designandi  
 „potestatem Rex concesserit, nomina-  
 „buntur. „

„Porro cum ejusmodi delectus abs-  
 „que magnis expensis, ac sumptibus  
 „fieri nequeant, æquitas vero maxima  
 „postulat, ut in ejusmodi necessitate  
 „quivis omnes, quas poterit, vires im-  
 „pendat, hinc necessariæ, ac congruæ  
 „pecuniarum summæ ab hujus patriæ  
 „subditis colligentur, eisque imperen-  
 „tur, consentiente tamen Regio Vica-  
 „rio, vel alio, cui hæc potestas a Rege  
 „commissa est: præterea Regi supplice-  
 „tur, ut is hoc auctoritate sua confir-  
 „mare, legitimumque reddere velit,  
 „cum pro tam utili, ac necessaria caus-  
 „sa, qualis reipsa est ipsium Dei, ac  
 „regiæ Majestatis obsequium, ejusmodi  
 „exactio fiat, interim in hac pecunia-  
 „rum exactione nequaquam Nobiles  
 „comprehendantur, eoquod hi vel mi-  
 „litum, equorum, aut armorum sup-  
 „petiis, prout unicuique per foederis  
 „Ducem, vel alium ab ipso Deputatum  
 „fuerit injunctum, personale obsequium  
 „præstare cogantur: ut autem horum  
 „sumptuum executio magis expedita  
 „reddatur, in qualibet Præfectura, vel  
 „præ-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576

„præfatæ regionis prædio unus, aut  
 „duo Nobiles, vel alii dexteritate, &  
 „probata fide conspicui deputentur, qui  
 „de mediis consulant, ac speciatim  
 „quid necessario requiratur, statim mo-  
 „neant, ut postea referri, necnon signifi-  
 „cari valeat iis, quibus hæc cura, vel  
 „a Governatore, vel præfatæ regionis  
 „Vicario nomine Regis, aut alterius  
 „ab eo potestatem habentis demandata  
 „est. „

„Si vero ex præfatis Provinciæ  
 „Catholicis quisquam, postquam huic  
 „societati accedere requisitus fuerit,  
 „cunctari, ac tergiversari præsumeret,  
 „cum hoc fœdus nonnisi ad Dei hono-  
 „rem, Regis obsequium, ac patriæ bo-  
 „num, & tranquillitatem sit erectum,  
 „ejusmodi Catholici in quavis Regione  
 „tanquam Dei hostes, Religionis suæ  
 „desertores, Regi suo rebelles, ac pa-  
 „triæ proditores habebuntur, atque  
 „communi omnium consensu, & om-  
 „nium proborum opera a cunctis de-  
 „serti, omnibusque injuriis, & oppres-  
 „sionibus, quæ ipsis inferri poterunt,  
 „expositi remanebunt, quin unquam  
 „ad fœdus, amicitiam, & fœderatorum  
 „societatem admitti valeant, cum in-  
 „terim omnes fœderati, atque associati  
 „mutuam inter se amicitiam, & con-  
 „cordiam pro conservanda Religione,  
 „patria

Sæcul. XVI. „patria, suis personis, bonis, ac fa-  
 A.C. 1576. „miliis spondeant. „

„Insuper promittimus, quod mu-  
 „tuo nosmetipsos sub regiae Majesta-  
 „tis suæ obedientia, & auctoritate in  
 „omni securitate, ac quiete fovere ve-  
 „limus, nosque præmunire, ac defen-  
 „dere adversus quasvis alterius vexa-  
 „tiones: siquod vero dissidium, vel  
 „querela inter nos oriatur, ejusmodi  
 „caussa a generali Regis Vicario, vel  
 „ab eo, quem Rex nominaverit, de-  
 „cidatur, hic vero juxta suum arbitrium  
 „ex regiae Majestatis auctoritate id om-  
 „ne executioni dari curabit, quidquid  
 „bonum, & æquum ad utriusque par-  
 „tis reconciliationem ipsi videbitur: si  
 „vero ad exequenda nostra consilia pro  
 „Regis obsequio, & patriæ bono, ac  
 „quiete necessarium erit cum vicinis  
 „Provinciis commercium fovere, pro-  
 „mittimus, quod illis omnem opem præ-  
 „stare, easque pro viribus nostris ad-  
 „juvare velimus, quamprimum id a  
 „præfato Regis Vicario, vel alio ejus-  
 „dem facultate munito nobis deman-  
 „datum fuerit. „

„Spondemus etiam, quod omnes  
 „nostras vires, ac facultates impende-  
 „re velimus, ut status Ecclesiasticus  
 „ab omni vexatione, atque injuria ini-  
 „muniis fervetur, ac protegatur: si ve-  
 „ro



Sæcul. XVI.  
A. C. 1576.

„ro vel via facti, vel alio modo quispiam  
 „Clericis vel in eorum bonis, aut per-  
 „sonis damnam inferre præsumeret,  
 „pollicemur, quod ei nos opponere,  
 „illosque veluti nobiscum ad divini ho-  
 „noris defensionem, ac Religionis no-  
 „stræ conservationem unitos, ac fœde-  
 „ratos defendere studeamus: cum ergo  
 „vicissim nequaquam nostra consilia eo  
 „abeant, ut quovis pacto vexare inten-  
 „damus illos, qui novæ sectæ adhæ-  
 „rent, ac se ita gerere cupiunt, ut ni-  
 „hil divino honori, Regis obsequio,  
 „ac subditorum bono, & quieti adver-  
 „sum moliantur, hinc illos quoque tue-  
 „ri spondemus, ita, ut nullo modo eo-  
 „rum conscientis vis inferatur, aut  
 „iidem in suis personis, bonis, honori-  
 „bus, & familiis molestentur, dum-  
 „modo nulla ratione iis, quæ juxta  
 „generalium Ordinum decreta a Rege  
 „sancita fuerint, sese opponant, aut  
 „nulli rei præfatam Religionem Catho-  
 „licam concernenti adversentur.”

„Adhæc cum hæc causâ promi-  
 „sue omnibus cujuscunque conditio-  
 „nis hominibus, qui Religionem Ca-  
 „tholicam profitentur, communis sit,  
 „hinc nos subscripti ad præsentem hanc  
 „unionem admittimus, & recipimus  
 „omnes quavis dignitate conspicuos,  
 „vel judiciario munere, aut judicandi  
 „Z „pote-

*Hist. Eccles. Tom. XLIX.*

Sæcul. XVI. „potestate præditos, atque universali-  
 A.C. 1576. „ter omnes ceteros plebæi Ordinis Vi-  
 „ros, si, ut supra memoravimus, Ca-  
 „tholicæ Religioni addiçti sunt: præ-  
 „terea promittimus, quod illos ab om-  
 „ni violentia, ac vexatione eorum  
 „personis, ac bonis inferenda juxta  
 „cujuslibet statum, & conditionem  
 „tueri, præservare, atque protegere  
 „conemur: insuper pollicemur, ac ju-  
 „ramus, quod præfatos articulos ac-  
 „ceptare, & singulos observare, nul-  
 „lumque eorum transgredi velimus,  
 „postposita etiam cujuscunque amicitie,  
 „affinitatis, vel propinquitatis ratione,  
 „quamvis ita conjuncti cuicquam essemus  
 „cujuscunque conditionis vel religionis  
 „foret, si talis Regis mandata, atque edi-  
 „cta, violare, necnon hujus Regni quie-  
 „tem, ac tranquillitatem turbare atten-  
 „taret: pariter spondemus, quod præsen-  
 „tis fœderis articulos secretos tenere, ac  
 „nemini, quiscunque demum foret,  
 „revelare velimus, exceptis iis, qui  
 „huic societati nomen dabunt. Id de-  
 „nique jurabimus, atque affirmabimus  
 „oblitringentes conscientiam, & hono-  
 „rem nostrum, sub pœnis supra memo-  
 „ratis: porro cuncta gessimus sub Regis  
 „auctoritate, nuntiamque mittimus  
 „quibuscunque aliis fœderibus hucus-  
 „que quovis pacto initis. „

Huic

Huic formulæ ducenti ferme No-  
biles subscriplerant, atque inter illos  
prior Jacobus Humerius, & postea ur-  
bium Magistratus, & Peronnenfes Mi-  
niftri: juramentum autem in Urbis  
Prætorio die decima tertia Februarii  
anno fequenti præftitum eft, fingulis  
in facra Evangelia jurantibus, quod fin-  
gulos hosce articulos mox relatos ex-  
acte obfervare velint.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

§. LXVI.

*Fœdus recens auctum.*

Hæc fuit origo celebris illius fœderis, *Thuan. l. 63.*  
quod ob Henrici III. fœcordiam *Mexer. ab-*  
plurimum potentia invalefcebat, atque *regé chron.*  
fummi Pontificis, & Hispaniæ Regis *t. 5. pag. 326.*  
ftudio propagatum nova indies incre-  
menta cæperat: Hispaniarum enim Rex,  
cum Franciæ Calviniftas cum Belgii  
rebellibus armorum focietate conjun-  
ctos noffet, verebatur, ne Alenfonii  
Dux nova potentia auctus hæc Pro-  
vincias fibi subigeret, aut forte Navar-  
ræ Rex, aliunde intrepidi animi juve-  
nis, regnum fuum, quod Hispani ufur-  
paverant, recuperare moliretur, hinc Phi-  
lippus II. hoc fœdus fovere ftudebat;  
fummus vero Pontifex illud promovebat,  
eo quod Calviniftarum potentiam eo us-  
que excrefcere reformidaret, ut etiam  
Regem ad nationale conciliabulum adi-  
gerent:

Z 2

Sæcul XVI.  
A C 1576.

gerent: aliunde vero spe fretus erat Pontifex, quod hæreticis in Francia exterminatis facile in reliquis regnis hæc pestis eliminari posset. Porro Henricus III. Franciæ Rex, cum unice intentus esset, ut se a nupero edicto, quod Calvinistæ ab ipso prorsus invito extorserant, extricare posset, rem ab initio dissimulabat, quinimo hoc ipsum foedus suo nomine ratum habebat: postea vero faniora edoctus illius progressibus aliquamdiu resistere nitebatur: cum autem nunquam hæc societas penitus extinguere posset, resumptis novis viribus tandem in apertas flammæ erupit, ac infamissimam sortem arripuit, quæ etiam sui exitii causa extitit.

§. LXVII.

*Plures Provinciæ huic foederi adscriptæ.*

*Avila l. 6.*

Picardorum exemplum brevi aliarum sequentium Provinciæ, & quidem Tremolius Thoarsii Dux, ac Pictonicæ Nobilitatis facile princeps Guisiorum sollicitationibus cessit: is enim capitali odio infectabatur Protestantes, eo quod hi omni, qua poterant, occasione eisdem indignum in modum insultarent, ejusque ditiones foede devastarent, cumque Tremolius aliunde Regis partibus apprime addictus cum Lucensi Comite

Comite Provinciæ Governatore diffidia  
foveret; hinc nullo negotio unacum  
sexaginta circiter Provinciæ Nobilibus,  
qui intra breve tempus potissimas ur-  
bes sibi conciliabant, huic armorum  
societati subscripsit.

## §. LXVIII.

*Protestantes firmato hoc fœdere  
territi.*

Idem quoque fœderatorum fervor sese  
Turoniam usque extendebat, cum  
interea Guisus, ac Cenomanensis Du-  
ces ad eandem societatem Campaniæ,  
& Burgundiæ Provincias sollicitarent:  
enimvero crebrescente hujus fœderis,  
ejusque progressuum fama pene innu-  
meri seditiosi libelli adversus Protestan-  
tes divulgabantur, hinc iidem, cum  
præcipue e suis conventiculis domum  
reverterentur, cum majori audacia ex-  
cipiebantur: eo autem tempore, quo  
Aula Rothomagi hærebat, Borbonius  
Cardinalis hujus urbis Archiepiscopus  
aliis Episcopis stipatus ad locum, ubi  
hæretici convenerant, accessit, ac Mi-  
nistris inde ejecto, conscensoque sug-  
gestu Auditoribus significabat, quod  
ipsum solum tanquam verum Pastorem  
agnoscerent, illis vero, qui id renue-  
rent, omnem suæ authoritatis vim in-  
tentabat. Hanc agendi rationem spu-  
rii

*Journal de  
Henric III.  
an. 1720.  
t. 1. pag. 15.*

Sæcul. XVI. rii Reformati interpretabantur, perinde  
A.C. 1576. acsi ceteri quoque Præfules eis conveniendi libertatem pariter adempturi essent, nec exiguum eorum ingenio suspicionibus assueto scrupulum injecit Petri Gondii Episcopi Parisiensis ad Pontificem legatio; eidem enim injungebatur, ut quinquaginta aureorum millia annui reditus ex Cleri Gallicani bonis alienandi facultatem Regis nomine impetraret: hinc existimabant Protestantes, quod Rex in sumptus belli contra ipsos gerendi pecuniam inde corradere velit: his de causis admoniti sunt, ut propius ad res suas respicerent, & Navarræ Rex imprimis, qui Niortii Calvinii doctrinam nuper publice professus fuerat, postea autem cum Catharinam Sororem suam, quæ eum Pictavii convenerat, excepisset, Rupellas contendit, ubi tamen civibus diu contradicentibus tandem nonnisi pactis quibusdam conditionibus, quæ ipsius potestatem valde restringebant, exceptus, & die vigesima octava Junii urbem ingressus est.

## §. LXIX.

*Bona Ecclesiastica in Galliis alienata.*

*Spond. ad  
 hunc ann.  
 num. 5.*

Ceterum iter illud, quod Parisiensis Episcopus Romam versus suscepserat, præter expectationem feliciori secun-

secundabatur successu; quippe idem Sæcul. XVI.  
A. C. 1576  
Præful die decima octava Julii a Gregorio XIII. Papa diploma obtinuit, vi  
cujus pecunia, quam Rex petiit, ex  
Clericorum proventibus exigi posset:  
porro hoc diploma mittebatur ad Car-  
dinales Carolum Borbonium, Ludovi-  
cum Guisium, & Ludovicum Estensem  
tunc in Gallia agentem, necnon ad An-  
tonium - Mariam Episcopum S. Papuli  
Nuntium Apostolicum, Petrum Gon-  
dium Episcopum Parisiensem, Floren-  
tinum Renardum Carnotensem, &  
Bonum Broé sanctæ Capellæ regalis  
Canonicos: igitur hoc diploma promul-  
gatum fuit in Senatu Parisiensi septima  
Septembris die, hoc tamen tribunal  
Clausulam diplomati insertam, vi cu-  
jus distractio bonorum etiam invitis,  
& contradicentibus possessoribus fieri  
permittebatur, approbare renuebat. (\*)  
§. LXX.

(\*) Hæc omnia Continuator ex Spondano  
descripsit, omisit tamen ex eo, quod in hac  
extrema necessitate recursus habitus fuerit  
*DE MORE ad sacros Ecclesiæ Gallicanæ pro-*  
*ventus: item idem silentio præteriit, quod*  
*aliæ quædam additæ fuerint conditiones in FA-*  
*VOREM CLERI, quibus tamen conditio-*  
*nibus sese opposuere Pseudo - Politici, qui-*  
*bus de Ecclesiasticis nil nisi pecuniæ placent.*

Sæcul. XVI.

A.C. 76

§. LXX.

Papa pro approbando fœdere a societatis Principibus sollicitatus.

Sub idem tempus hujus fœderis Principes Davidi regii senatus Advocato negotium dabant, ut Pontificem porrecto libello supplici ad protegendum hoc fœdus sollicitaret. (\*) Erat hic Advor

(\*) Mirabitur Lector, quod Continuator hujus fabulæ nullum alleget testem, magis tamen mirabitur, quod eandem, licet jam a Spondano confutatam sciret, nihilominus iuxta Historiæ inserere voluerit: percipiamus igitur ejusdem Apamineasis Episcopi verba: Quod vero, inquit ille, hæretici jactarunt, Gregorium Pontificem consensisse huic primo fœderi, Et scriptum quoddam promulgaverunt Davidis cujusdam Advocati Parisiensis nomine confectum, de tractatu super eo habito, seu habendo cum Pontifice in gratiam Guisii, Et restitutionem antiquæ lineæ Carovingiorum, ex qua se ortum Guisius profitebatur, merum fuit hoc otiosorum nugatorum, Et calumniatorum inventum, adeo inepte concinnatum, ut vel sola lectiōne manifestissime impostura appareat. Et quod ad Pontificem attinet, etiamsi daremus, apud Davidem, hominem (ut Thuanus de his agens eum vocat) prostituti pudoris, ac fidei, ejusmodi argumenti scriptum, seu quod ipsemet confasset



Advocatus prostituti pudoris, ac ho- Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.  
noris homo, qui bellorum civilium  
tempore a Protestantibus male habitus,  
cum ob edicta nuper promulgata dam-  
num,

*flasset, seu ab aliis conflatum Romam detulisset, repertum fuisse, Gregorium tamen ei suffragatum esse, neque eo scripto proditum fuit, neque ullo alio argumento probari potest: quini- mo ne tunc quidem cum Guisius aperte se detexit, nedum hoc tempore, Pontificem foederi favisse, sed semper Patrem se amantissimum. Et fidum Henrici Regis amicum exhibuisse, vet ipso teste Serrano, seu ejus continuatore, utroque hæretico, ac proinde Pontificum hoste, aperte intelligitur, dum ad finem anni millesimi quingentesimi octogesimi quarti scribit, oblatum tunc fuisse foedus Gregorio, ut illud approbaret, tanquam pro ornamento, Et propugnatione Ecclesie Romanæ conditum, verum Gregorium annuisse quidem, ut contra hæreticos ageretur, ac nequaquam motus illos populares comprobare voluisse, quibus cerneret involvi Regem Christianissimum, Et Catholicum; sicque nuntios inanes dimisisse. Ceterum si Catholici hoc tempore foedera inierunt pro defensione fidei Catholice (quod tamen nullo modo in scio Rege fieri debuisse certum est, ideoque damnandos esse eorum auctores, quantumvis il-*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

num, injuriamque sibi illatam resarcire præpediretur, hac saltem occasione ultionem exerere gaudebat: igitur Romam proficiscitur, eodem, ut mox retulimus, libello munitus, cujus summa hæc erat: „Omnibus constat, quod „nequaquam Hugonis Capeti posterius „benedictionis Apostolicæ, quæ Carolingis solis concessa est, legitimi „hæredes extiterint: quinimo Hugo „ulurato temeraria audacia regno non „solum Caroli benedictionem violavit, „sed diras in caput suum, & suorum „accerisivit, unde ipsius Successores „semper se Ecclesiæ refractarios, & inobedientes reddiderunt, cum in ejus „perniciem abominandum errorem, „quem Franci *libertatem Ecclesiæ Gallicæ* appellant, invexerint, & Albigeorum, ac pauperum Lugdunensium, olim unicum perfugium, dein Lutheranorum, ac nunc Calvinistarum fuerint: quo minus quis miretur, si victoriaræ

*lud solius duntaxat Religionis, & regie auctoritatis intuitu, nullo alio admixto pravo consilio præstitissent) qua fronte id eis hæretici obiectare potuerunt, qui iis tot exempla præbuerunt coitionibus suis, & foederibus non solum intra Regnum, sed maxime cum omni exterorum genere, tam contra Regem apertissime, quam contra Religionem initis.*

Sæcul. XVI.

A. C. 1576.

„storixæ sexdecim abhinc annis contra  
 „Protestantes partæ exitu caruerint, &  
 „porro carituræ sint, quamdiu in Cape-  
 „vingorum familia regnum fuerit: ve-  
 „rum enimvero occulta Dei providen-  
 „tia effectum videtur, ut infelici ulti-  
 „mæ pacificationis partu legitimi Prin-  
 „cipes, ac veri Caroli Magni Successio-  
 „res quasi postliminio restituti sint, qui  
 „omnes ad minimum usque semper  
 „summa constantia in sacræ Sedis ob-  
 „sequio perseverarunt, & se reipsa le-  
 „gitimos benedictionis Apostolicæ hæ-  
 „redes approbarunt: ut ergo hisce ma-  
 „lis obvietur, necessario Principes le-  
 „gitimos, ac veram Caroli Magni pro-  
 „geniem regno restituere oportet.

Attamen hic Auctor veri Caroli  
 Magni nomine Guisios Principes ex Lo-  
 tharingica stirpe descendentes designa-  
 bat, postea vero ita prosequatur:  
 „de cetero hoc fœdus optimum est me-  
 „dium, quo præpediri potest, ne Re-  
 „gnum in hæreticorum manus devol-  
 „vatur: ut vero huic consilio optatus  
 „adspiret successus, hinc inter eos, qui  
 „sacro huic fœderi nomen dederunt,  
 „convenit, ut plebs in variis Regni  
 „Urbibus per Concionatores ad seditio-  
 „nem concitetur, hocque pacto liber-  
 „tas conveniendi sectariis nupero edicto  
 „concessa adimatur. His prolatis Au-  
 „ctor

Sæc. XVI.  
A.C. 1576.

stor articulatim enumerat omnia, quæ  
foederatis agenda sint, ut Regem omni  
sua auctoritate spolient, eamque ad  
Guisium Ducem, quem societatis Ca-  
put elegerant, transferant: postea hæc  
addidit: „interim generalia indicentur  
„comitia, ut Protestantes in foveam,  
„quam ipsimet foderant, primi se præci-  
„pitent, porro Rex per Provincias man-  
„dabit, ut viri Majorum Religioni addicti  
„cum plenis ea de re mandatis ad hæc  
„comitia delegentur, ad quæ etiam vo-  
„cabitur Alenfonius Dux, datisque lite-  
„ris Rex dabit operam, ut Navarræ Rex,  
„& Condæus Princeps ad eadem a Rege  
„invitati veniant; nisi vero pareant, tan-  
„quam rebelles, & contumaces ordi-  
„num decreto pronuntiandi: ut vero  
„omne dubium, & anxietas iis adima-  
„tur, ex compacto Guisius Dux, &  
„fratres ejus quasi indigne a Rege ha-  
„biti, aula abintinebunt, & Rex iis  
„Lutetiæ relictis Blæfas tanquam in-  
„tuti accessus locum proficiscetur: de  
„cetero ante omnia jurejurando tam  
„caput, quam singula membra adi-  
„gentur, ut spondeant, quod ea re-  
„ligiose servare velint, quæ ab Ordini-  
„bus decernentur.

Præterea in hoc libello a summo  
Pontifice diploma petebatur Apostoli-  
cum, quo omnia hac de re decernenda  
con-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

confirmentur, atque Hugonis Capeti stirps eradicetur: insuper ibidem hæc inferebantur: „hisce confectis Ordines „obsequii, & fidei jusjurandum, quod „B. Petri Successori debent, renovabunt, „ac publice profitebuntur, quod in doctrina a Concilio Tridentino stabilita vivere, & mori parati sint, hinc eidem subscribent, revocatis, ac reicis- „sis quibuscunque edictis Concilio contrariis, & confirmatis, ac in posterum „servari iussis iis, quæ a Regis Majoribus ad extirpandum Sectariorum virus promulgata sunt: hac etiam ratione Rex Protestantibus præfiget tempus, intra quod a Magistratu Ecclesiastico absolutionem petere, & a Principe delictorum veniam impetrare tententur: quia vero ob quarumdam Provinciarum rebellionem armis opus erit, supplicabunt Regi Ordines, ut eum virum bello præficiat, qui usu rerum insignis, & corpore, & ingenio validus tantæ moli par sit, atque ex se ipso consilium capere possit, nec unquam, aut ulla in re amicitia, societate, aut alia voluntatum communicatione cum Sectariis participaverit: rogitabitur insuper Rex, ut ea præfectura Guisium Ducem decorare dignetur, tantæ dignitati, & curæ parem: præterea Alenionii Dux erroris, & criminis

**Sæcul. XVI.** „nis a se admissi admonebitur, cum re-  
**A.C 1576.** „licto fratre se ad Sectariorum partes  
 „applicuit, & bello illato edictum in per-  
 „duellium favorem ab ipso vi extorsit,  
 „quod crimen, cum non solum Regem, sed  
 „Deum ipsum respiciat, cujusque pro-  
 „inde gratiam Rex facere non possit,  
 „auctoritatem suam interponent Ordi-  
 „nes, ut Rex det Judices, qui de cri-  
 „mine cognoscant: porro eodem,  
 „quo hæc decernentur, die copiarum illarum  
 „clam conscriptarum in armis apparebunt,  
 „& aliarum etiam externarum, ut per illas de-  
 „creta executioni demandari, & Regis  
 „frater cum complicibus suis in carce-  
 „rem trudi possit: Guisus vero tam  
 „potenti exercitu subnixus provincias  
 „rebelles vi, aut occultis consiliis, &  
 „astu subjugabit, & vastatis circum a-  
 „gris, extructisque ad loca idonea pro-  
 „pugnaculis urbes munitas ad deditio-  
 „nem compellet, non consumpto inuti-  
 „liter tempore, quo errore in Rupellæ  
 „obsidione peccatum fuit. Tandem idem  
 „Guisus plena victoria potitus, & con-  
 „ciliata sibi populorum, & nobilitatis  
 „gratia, & per eam aperto libero ad ur-  
 „bes accessu in Regis fratrem, & com-  
 „plices ejus animadverti mandabit, &  
 „ad extremum ex sententia, & permisso  
 „Pontificis suum Regem, sicuti Pipinus  
 „olim Childericum, in Monasterium in-  
 „tru-

„cludet, unitoque cum benedictione  
 „Apostolica sceptro efficiet, ut Ordines  
 „se Sacrae Sedi subjiciant, abolitis sine  
 „conditione, & modo *Ecclesiae Gallica-*  
 „*nae privilegiis, ac libertatibus*, quod se  
 „ante omnia facturum fide Sacramento  
 „adacta pollicebitur. „

Saecul. XVI.  
 A. C. 1576.

Hunc libellum David Pelleveo Car-  
 dinali studiosissimo Guisiorum fautori,  
 qui rem in secreto tenebat, tradidit:  
 cum autem David in Franciam rever-  
 surus in itinere moreretur, hujus libel-  
 li exemplar penes ipsum reperiebatur,  
 quod in Protestantium manus incidens  
 ab iis paulo post typis vulgatum est (\*).

§. LXXI.

*Generalia Regni comitia Blesis a Rege  
 indicta.*

Rex cum in nupero pacificationis de-  
 creto comitia habere promississet, &  
 Calvinistae libellis supplicibus, quos ite-  
 rato porrigebant, ejusmodi conventum  
 importunius exigerent, hinc idem Gallia-  
 rum Rex generalia comitia, de quibus  
 in praefato libello mentio facta est, Blesis  
 indixit, datis hanc in rem regiis lite-  
 ris die decima sexta Mensis Augusti,  
 ita tamen, ut huic congressui non nisi  
 Mense

Thuan. &  
 Avila l. c.

(\*) Verius dixisset: ab iis paulo post nequi-  
 ter confictum est.

Sæcul. XVI. A. C. 1576. Mense Novembri ad medium vergente initium daretur: die autem quarta ejusdem Mensis Rex ad omnes Provinciarum Gubernatores perscribens eisdem suum ad pacem animum omnino propensum testificabatur, declarans, quod propterea unacum Regina Matre sua, & Alenfonio Duce Fratre suo Blefas contenderet

## §. LXXII.

*Initia generalium comitiorum.*

*Bodin journ. des etas de Blois. Thuan. & Avila l. c.* Quamprimum Rex Blefas venerat, ex Regni Ordinibus quibus ad Oratorum suorum, qui ibidem verba facerent, electionem procedebat, ac quidem Ordini Ecclesiastico, qui Petrum Spinacum Lugdunensem Archiepiscopum selegerat, Ecclesia sancti Salvatoris assignabatur: Nobilium vero Ordo in Palatio congregatus nominabat Nicolaum Baufremontium Senecaji Baronem, denique plebæjus Ordo in urbis prætorio convenerat, Præsidem constituens Petrum Verforium celebrem Parisiensis Senatus Advocatum. Postea, ut Dei auxilium pro hoc conventu imploraretur, jejunium, solemnisque supplicatio decernebatur, ac demum die sexta Decembris in arcis aula comitiis dabatur initium, ubi Rex in sublimi folio sedens universa aula, ac trium Ordinum Deputatis



Sæcul. XVI.  
A.C 1576.

stipatus comparuit: cunctis vero suo ordine confidentibus Rex comitia inchoans orationem habuit, cujus summa hæc est:

„Qua de causa vos una omnes convenitis, cunctis ex regiis mandatis constat, & ita existimo, vos plene a provinciis vestris instructos huc accessisse; nam scitis omnes, quem in statum ex florentissimo, & potentissimo totius orbis regno res per bella civilia devenissent, serpente vitiorum contagio, quibus totum corpus ita exulceratum est, ut nullum ipsius membrum integrum, aut sanum supersit, & pristinae pietatis in Deum, justitiæ, subditorum concordia, amoris, & observantiæ in suum Principem vix umbra extet, aut vix ullum usquam appareat vestigium, de quo eo magis dolere vicem meam cogor, si contulero tempora Regis patris, & avi mei, sub quibus hæc virtutes Gallorum propriae viguerunt, quæ nunc prorsus in animis hominum extinctæ, ac penitus abolitæ sunt: eoque id gravius mihi accidit, quod vultus parum res perspiciens calamitatum causas fere omnes in Principes rejiciat, & veluti in jus quasi Sponsores, eos periniquè vocare soleat: verum, mihi solatii loco est bona conscientia nam, quod omnes norunt,

*Hist. Ecclesiast. Tom. XLIX. A a „im*

**Sæcul. XVI.** „imbecilla Caroli fratris ætas his per  
**A.C. 1576.** „Regnum turbis caussam dedit, quas  
 „prudentia, solertia, patientia, quan-  
 „tum in ea fuerit, optima parens dif-  
 „cussit, coercuit, ac composuit, non  
 „ita tamen, nam qui fieri aliter potuit,  
 „ut non teterrima eorum semina reman-  
 „ferint, quibus & ego ipse quamprimum  
 „ad idoneam ætatem perveni, pro ra-  
 „tione officii, & obsequii remedia, quæ  
 „potui, consilio, & manu attuli, Regi  
 „in bellis, quæ gessit, maximis infer-  
 „viens, nec periculum ullum defugiens,  
 „aut labori, molestiæ, ac sollicitudini  
 „parcens, ut res, si fieri posset, ami-  
 „ce, quod semper exoptavi, transige-  
 „rentur. Id ego tentavi sæpius, an-  
 „tequam in Poloniam proficiscerer,  
 „postquam vero Franciæ regnum ade-  
 „ptus sum, tranquillitatem rediens in  
 „regnum patrium ibidem stabilire  
 „totis viribus conabar: sed contra vo-  
 „tum accidit; nam ad extrema coactus  
 „deveni, & toties funestum bellorum  
 „civilium exitum expertus, arma rur-  
 „sus sumpsi, bellicque sumptibus ut sa-  
 „tisfacerem, populis ditioni meæ sub-  
 „ditis, quos oneribus levatos male-  
 „bam, nova vectigalia imposui: id ve-  
 „ro longe acerbissimum mihi fuit, ac  
 „per sæpe optavi, ut vel in flore ætatis  
 „mihi vita præcideretur, quam ut eaf-  
 „dem

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

dem, quas puer sub fratre puero va-  
 „stitates videram, Rex aspicere coge-  
 „rer: verum ea fiducia sustentor, non  
 „me ad regnum vocatum, aut capi-  
 „ti regiam a Deo coronam imposi-  
 „tam in populi perniciem, aut tanquam  
 „iræ virgam mihi sceptrum in manum  
 „traditum, sed id factum spero, ut Dei  
 „præpotentis ad ipsius gloriam benefi-  
 „clorum dispensator, ac ministrator po-  
 „pulis ditioni meæ subditis essem: pro-  
 „inde testor, nihil aliud mihi proposi-  
 „tum, quam salutem publicam, & regni  
 „tranquillitatem quærere: eapropter le-  
 „nitatis, & pacis inter alienatos cives con-  
 „ciliandæ viam ut optimam, & tutissi-  
 „mam delegi, qua sublata nihil firmum,  
 „nihil stabile, aut fructuosum in his co-  
 „mitiis decerni poterit, prout id præ-  
 „teritorum malorum experimento satis  
 „constat, quibus nihil aliud actum est,  
 „quam ut per bella civilia religio Ma-  
 „jorum pene amissa sit, & regni status  
 „a fundamentis omnino convulsus: ita-  
 „que per fidem, & obsequium, quo sin-  
 „guli, & universi Principi suo juxta  
 „Dei præceptum obstricti sunt, omnes  
 „oro, & per charitatem erga patriam  
 „obsecro, ut omni deposita cupiditate,  
 „alieno affectu, & privatæ injuriæ sen-  
 „su, in id omnes sincera animorum  
 „conjunctione, & voluntatum consen-  
 „sione

**Sæcul. XVI.** „fione incumbant, quatenus in remediis  
**A.C. 1576.** „adinveniendis Regi suo mutuas operas  
 „præstent, quibus pax æque salutaris,  
 „ac necessaria firmari, bellorum civi-  
 „lium, & dissensionum semina stirpi-  
 „tus evelli, mores corrupti emendari,  
 „vitia expurgari, leges in pristinam in-  
 „tegritatem, ac dignitatem restitui pos-  
 „sint: quippe hoc cupio, hoc peto, idem  
 „etiam volo, sic autem affectus sum,  
 „ut tunc, cum regium fastigium Deo  
 „acceptum feram, potentia mihi cumu-  
 „latissime divina benignitate concessa  
 „minime abuti velim: scio enim, com-  
 „missi muneris mihi aliquando reddend-  
 „dam rationem: porro sic apud ani-  
 „mum meum constitui, & voce regia  
 „nunc coram universo cœtu spondeo,  
 „quod ea omnia, quæ a me statuta, de-  
 „creta, ac perscripta ex comitiortum  
 „sententia fuerint, inviolate ferventur,  
 „nec privilegia iis derogantia, aut con-  
 „traria in posterum concedantur. „

## §. LXXIII.

*Biragi Cancellarii oratio ad eosdem  
Ordines.*

*Avila l. 6.  
Thu. l. 63.*

Perorantem Regem exceperat Bir-  
 gus Cancellarius, qui breviter ea,  
 quæ Rex protulerat, repetens hæc sub-  
 junxit: „Cum hucusque rara Reginæ  
 „Matris prudentia, Regisque fortitudo,  
 „&

„& magnanimitas inter tot tumultus,  
 „ac pericula Franciæ regnum ab exitio  
 „præservarint, necesse est, ut omnes  
 „Ordinum Deputati piæ Majestatum  
 „suarum voluntati junctis viribus sedu-  
 „lo suam operam adjiciant, & quidem  
 „in tanto negotio, ubi præcipue de uti-  
 „litate publica agitur: eapropter spe-  
 „ciatim ea proponere satagant, quæ  
 „non minus ad regnum ex præteritis  
 „calamitatibus sublevandum, quam ad  
 „illud a futuris malis præservandum  
 „utilia, ac proficua erunt., His di-  
 „ctis a trium Ordinum Delegatis actæ  
 sunt Regi gratiæ, & fidam pro se quis-  
 que operam eidem pollicitus est, si-  
 mulque se, ut Regis voto juxta suas  
 vires responderent, curaturos sponde-  
 bant: verum quamvis Rex omnes tres  
 Ordines suis consiliis conspirare putaret,  
 diversam tamen sentiendi rationem in il-  
 lis deprehenderat; quippe potissimi illo-  
 rum, qui a Provinciis fuerant deputati, se-  
 se illis, qui fœderi subscripserant, adjun-  
 gebant, & nil nisi ex speciali jussu, ac  
 Guisii Ducis, quem tanquam Caput  
 suum veaerabantur, consilio aggredie-  
 bantur.

## §. LXXIV.

*Ordinum petitio de judicibus a Rege  
 non impediendis.*

Aa 3

Altera

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1576.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

Altera die post inchoata comitia Deputati edito decreto sanxerunt, ut Rex ad negotia juxta cujuslibet votum eo citius expedienda quosdam Judices daret Ordinibus minime suspectos, hisque duodecim Delegatos adjungeret, qui de omnibus, quæ tribus Ordinibus vel conjunctim, vel separatim proponerentur, cognoscerent, ac decidendi facultatem haberent, ea tamen lege, ut quicquid illi judices unacum ordinum delegatis decernerent, firmum, ratumque esset, & legis vim obtineret, necnon impostero integra fide servaretur, quin ullus repugnare, vel eorum decisiones revocare valeret.

§. LXXV.

*Regis responsum ad hæc Ordinum postulata.*

*Avila l. c.*

Attamen Rex, quamvis hæc petitio parum condecens esset, nihilominus moderate hæc respondit: „quotiescunque Ordines quicquam proponent, vel petitori sunt, simul etiam duodecim Deputati, quos nominare vobis integrum erit, confestim excipientur, ac demum rebus omnibus in meo Senatu discussis respondere haud cunctabor, omnibusque, quæ ad cujuslibet sententiam conferre poterunt, prospecturus sum: ut autem omnibus satisfiat, ad

„ad comitia illos etiam vocabo, ex qui-  
 „bus meus Senatus constat, quatenus  
 „& hi de Ministrorum dotibus cogno-  
 „scere possint: ego vero juxta eorum  
 „consilia decisiones feram, illud tamen,  
 „quod alii præter me decernunt, tan-  
 „quam firmam legem acceptare ne-  
 „queo.„ Ex hoc Regis responso Ordines  
 haud obscure intellexerant, quod  
 detecto petitionis suæ consilio nunquam  
 finem intentum assecuturi essent, qua-  
 propter opem in alio molimine quære-  
 bant, proponentes, præprimis deci-  
 dendum esse, an alia Religio præter Ca-  
 tholicam in Regno toleranda foret.

## §. LXXVI.

*Rex fœderis caput sese declarans.*

Sub idem tempus Protestantes Davi-  
 dis Advocati libellum ad Papam de-  
 latum, cujus supra meminimus, publici  
 juris fecerant, illoque perlecto Rex tan-  
 dem clandestina novi fœderis consilia  
 subolere cæperat, ratus, quod fœde-  
 rati sub specioso Religionis bonum pro-  
 curandi obtentu re ipsa legitimam aucto-  
 ritatem sensim deprimere, ac supremam  
 potestatem in alium transferre medita-  
 rentur: quapropter ex illo temporis  
 articulo hanc factionem, quam penitus  
 eliminare, ejusque consilia evertere  
 haud poterat, saltem labefactare de-

Thuan. l. 63.

Mezeray

abreg. t. 5.

pag. 353.

Spond. n. 8.

Sæcul XVI  
A C. 1576

creverat: ut vero ejus molimini secundus adspiraret successus, ac speciatim Guisii Ducis, quem fœderati tanquam Ductorem suum colebant, auctoritatem imminueret, ipsemet sacri hujus fœderis principatum sibi sumpsit, ac per Carolum Meduanæ Ducem cum Ordinibus egit, ut tanquam fœderatorum Dux ab omnibus reciperetur: quinimo ipse unacum omnibus Aulæ Proceribus sese hujus societatis legibus subscripsit, & quantocius Paritios, necnon in Burgundiam hosce articulos transmittit, ibidemque eos ab omnibus recipi jussit.

§. LXXVII.

*Ordinum deliberatio circa Religionis articulos*

*Thuan. l. 63.*  
*Avila l. 6.*  
*Journal de*  
*Bodin.*

Interea Ordines assidue de Religionis rebus deliberare pergebant, ac præprimis decernebant, quod præter Religionem Catholicam nulla alia in regno toleretur: sibi enim persuasum habebant, quod nec Rex, nec Deputati sese tam pio consilio opponere audent, quamvis plures animo suo dissentirent; inde vero inferebant Ordines, quod acceptato hoc articulo de pace actum, ac bellum Calvinistis denuntiandum esset: eapropter Clericorum Ordo, ac præprimis Lugdunensis Archiepi-



chiepiscopus unanimi omnium voce statuebant, Regem esse sollicitandum, ut quamcunque aliam sectam profitendi libertatem interdicat, præcipiatque, quatenus omnes ejus subditi unice Religioni Catholicæ sese submitterent: eadem quoque sententia Nobilibus infederat, exceptis duntaxat quibusdam, qui sese huic articulo opponebant, ac Religionis puritatem quidem conservari optabant, aliis tamen viis, quam armorum violentia rebelles ad obsequium revocandos esse censebant. Horum etiam sententiæ subscribebat plebæjus Ordo; cum enim populus, scilicet cives, Mercatores, opifices, ac rustici vectigalibus, atque subsidiariis exactio- nibus durante bello gravati essent, hanc clausulam: *quamdiu id citra bellum, & per publicæ quietis tranquillitatem fieri poterit,* adjici petebant: ast contraria prævaluit opinio, cum ceteri omnes hanc clausulam omitte postularent, quapropter hic articulus nulla adjecta conditione acceptabatur.

## §. LXXVIII.

*Joannes Bodinus Clericorum sententiæ oblectatus.*

Hoc percepto Joannes Bodinus Andegavensis, qui pro plebejo Ordine Veromanduorum præfecturæ nomine

Aa 5

mine

*Avila l. 6.  
Journal des  
états de Blois*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576

mine delegatus, ac regius in Prefidiali Curia Laudanensi Advocatus erat, tum populi causam acriter propugnabat, quamvis intempestivo suo studio postea sibi magnam Aulicorum invidiam conflasset, & libellorum supplicum magisterio, ut fertur, privatus esset: porro is in oratione sua exposuit mala, quibus Regnum sese exponeret, si rursus ad arma convolaret, insuper sigillatim calamitates jamjam exantlatas enarrabat, suoque sermone plebejorum animos tam intimo sensu afficiebat, ut ejus sententia absdubio fuisset acceptata, si plena fuisset libertas, ac sincerus animorum affectus: cum vero ageretur cum Viris Guisio Duci, ejusque parti addictis, qui sub vano conservandæ Religionis obtentu bellum desiderabant, hinc prævalentibus plurimorum suffragiis sancitum, Regem esse rogandum, ut solam Religionem Catholicam in suo Regno esse tuendam, edito diplomate declararet, omneque cum Calvinistis commercium interdiceret: præterea altera die quidam, qui a Rhemensi, Cate-launensi, atque Augustana Sueffionum civitatibus Veromanduanæ Præfecturæ subjectis erant deputati, a foederatis subornati ad Regis Senatum pervenere, ut harum civitatum nomine

Bodi-

Bodinum falli arguerent, ac quererentur, quod sui mandati limites ex-  
ferit.

Sæcul XVI.

A.C. 1576.

## §. LXXIX.

*Rex omnem aliam præter Religionem  
Catholicam interdicare rogatus.*

Die decima sexta Decembris primus  
hic articulus in Ordinum comitiis  
agitatus concipiebatur his verbis:  
Regi supplicandum, ut omnes suos sub-  
ditos ad Religionis Catholicæ, Apo-  
stolico-Romanæ unitatem meliori, ac  
sanctiori, qua posset, via revocet,  
Religionis vero, quæ se reformatam  
jactitat, usum tam publice, quam pri-  
vatim per universum Regnum suum in-  
terdicat, hujusque sectæ Pastorculos  
intra tempus, quod præscribat, e Re-  
gno ejiciat, quem in finem revocen-  
tur edicta in eorum favorem concessa,  
& huic sanctioni contraria: insuper Rex  
rogetur, ut interim cunctos privatos  
hujus spurixæ sectæ asseclas, exclusis  
tamen ab hac gratia eorum Ministris,  
Diaconis, & Superintendentibus, re-  
gio patrocínio foveat, donec in Catho-  
licæ Religionis sinum rediissent. Hic  
articulus subscribebatur consentienti-  
bus cunctis præfecturarum Insulæ Fran-  
cicæ, Normanix, Campanix, Septi-  
manix, Aurelianensis, Picardiæ, &  
Pro-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.  
Provinciæ Deputatis, atque Oratoribus, ac quædam duntaxat Provinciæ hunc articulum restringi, hancque conditionem apponi petebant: *dummodo hæc unia citra bellum, & pacata via fieret.*

## §. LXXX.

*Navarræ Regis, & Condæi Principis Deputati ad comitia.*

*Thuan. l. 63.* Sub idem tempus Navarræ Regis, & Condæi Principis Deputati unacum quibusdam Calvinistarum Ministellis Blasas venerant, qui tamen non fuere auditi: nihilominus tamen ipsi decretis antea sancitis sese opponere audebant, caussantes, ea privilegiis, quæ ipsis in nupero edicto concessa fuissent, contraria esse, quapropter adversus hæc comitia, perinde acsi nec legitime convocata, nec celebrata essent, reclamare, suamque oppositionem divulgare attentabant: intercessit etiam Mirambellus Baro a Santonica Nobilitate delegatus: ast adversa fœderatorum pars ejus clamoribus prævalebat.

## §. LXXXI.

*Quidam ab Ordinibus ad Navarræ Regem, Condæum Principem, & Damvillæ Ducem deputati.*

*Bodin. Tho. & Avil. l. c.* Ceterum quamvis Rex omni, quo posset, modo fidem suam obstringeret,

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

geret, quod solam Religionem Catholicam in Galliis tolerare vellet, prospexerat tamen, quod per ejusmodi declarationem regnum suum civili bello implicaret: cum vero huic statuto aperte sese opponere non auderet, saltem Ordinum petitionem elufurus eisdem exposuit, priusquam res decideretur, deputatos esse decernendos ad Navarræ Regem, Condæum Principem, & Damvillæ Ducem, ut hi quoque ad approbanda in hisce comitiis sancita inducerentur: porro hac tergiversatione fretus Rex sperabat, quod firmum Deputatorum consilium evertendi medium nancisci posset: igitur mandata, quæ Petro Villario Viennensi Archiepiscopo, Andreae Borbonio Rubemprato, & Menagero Francisci ærarii quæstori ad Navarræ Regem deputatis exponenda dabantur, confecerat Arnaldus Pontanus Vasatensis Episcopus: ad Condæum vero Principem ablegabatur Carolus Allibutus Augustodunensis Episcopus, quem comitari jubebantur Montmorinus, & Joannes Bodinus: cum autem hic postremus grave senium obtenderet, ac sese ob sententiam nuper latam pluribus esse suspectum causaretur, in ejus locum Petrus Ratus Pictavii Prætor suffectus est. Denique ad Damvillæ Ducem legati

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.  
legati fuere Nectarius Aniciensis Episcopus, ex Senectaria familia oriundus, Renatus Rupifortius, & Toleus Advocatus. Ceterum quis hujus Legationis successus fuerit, in historiae progressu perspicietur.

## §. LXXXII.

*Confalonis Societas a Gregorio XIII. confirmata.*

*Spond. hoc  
ann. n. 16.*

**H**oc anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto Gregorius XIII. Papa confirmabat sodalitatem, quæ vulgo *Confalonis* appellatur: porro ea jam Romæ circa annum Salutis nostræ millesimum ducentessimum sexagesimum quartum erecta Sodales habuit quosdam Romanos Patritios, Pœnitentes nuncupatos, quibus sanctus Bonaventura singularem precandi formam præscripserat. Datum erat hanc in rem diploma die duodecima Octobris, pluraque privilegia, ac indulgentiæ fuere concessæ huic sodalitati, cui etiam aggregata est Lugduni *Confalonis* fraternitas, cum vero Henricus III. Franciæ Rex, qui ejusmodi pietatis exercitiis mire delectabatur, non raro cujusdam Sodalis habitu indutus ibidem compareret, Regia Sodalitas appellabatur.

## §. LXXXIII.

## §. LXXXIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.*Regis Coccini Legatio ad Papam.*

**I**nsuper Coccini Rex in peninsula citra Gangem commorans hoc anno ad summum Pontificem literas dedit, quibus ejus benevolentiam exorans sacræ Sedi suum obsequium testatum reddebat. Hic Princeps, quamvis infidelis, legatum tamen destinabat, qui hæc literas deferret, cum autem hic morbo Ulyssipone corripere, ac iter suum prosequi haud amplius posset, alia usus occasione Regis sui epistolam transmittit ad Pontificem, qui huic Principi respondens eundem ad abjiciendos paganæ superstitionis errores, atque ad veritatem evangelicam amplectendam hortabatur, eidemque in memoriam revocabat veteres suos subditos, qui olim a sancto Thoma Apostolo ad fidem Catholicam conversi fuerant: præterea illum rogabat Pontifex, ut Catholicos, qui in ejus Regno degunt, suo patrocinio fovere velit.

Ciacon. p. 13.  
Spond. n. 17.

## §. LXXXIV.

*Cervantes Cardinalis mortuus.*

**M**ense Novembri ejusdem anni Gregorius XIII. Romana purpura decorabat Andream Ferdinandi Austriæ Archiducis Filium, Ferdinandi Cæsaris,

Ciacon. vit.  
Pontif. t. 3.  
pag. 1040.  
Aubery hist.  
des Cardin.

ris,

Sæcul. XVI. ris, qui Caroli V. frater erat, Nepo-  
 A.C. 1576. tem, nonnisi octodecim circiter annos

*Miræus de  
 Script. Eccl.  
 Sæcul. XVI.*

natum, isque in sacro Purpuratorum Collegio subrogabatur Casparo Cervantes Hispano ex Placentina Diœcesi, quæ Compostellano Archiepiscopatu subiecta est. Casparus cum tam sacræ, quam profanæ jurisprudentiæ, ac Theologiæ scientia sese celebrem redderet, atque sua eruditione, & eloquentia in Concilio Tridentino ingens sibi nomen compararet, ex generali Hispalensis Archiepiscopi Vicario sub Pio IV. ad supremi Inquisitoris munus, & dein ad Massanensem in Sicilia Archiepiscopatum, atque ad Salernitanam, & Tarraconensem Sedem anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo octavo evectus est: postea Romam venit coram Pio V. Papa Bartholomæi Carranzæ Toletani Archiepiscopi causam defensurus, ubi ab eodem Pontifice, dum Cardinales creabat, ad Philippi II. Hispaniæ Regis preces Mense Majo anno post Christum natum millesimo quingentesimo septuagesimo Purpuratorum Collegio adscriptus, nuncupatusque fuit Cardinalis titulo sancti Martini ad Montes, quo tamen dimisso titulum sanctæ Balbinæ optabat. Biennio post Legatus in Hispaniam ad eundem Philippum decretus cum eo de  
 maxi-



maximi momenti negotiis egit, cum-  
 que tribus omnino annis in hoc regno  
 commoratus esset, Taraconæ feria se-  
 cunda die decima quarta Mensis Au-  
 gusti anno ætatis suæ sexagesimo quarto  
 obiit, sepultusque jacet in Ecclesia Ca-  
 thedrali. Hic idem ante mortem suam  
 Tarraconensi Universitati potissimam  
 suorum bonorum partem legabat, ut  
 exinde ampliora Professoribus stipen-  
 dia assignarentur, ac scientiæ cum ma-  
 jori solertia foverentur: insuper ibidem  
 seminarium erexit, cumque Jesuitis  
 plurimum addictus esset, eisdem quo-  
 que pro Novitiis Domum construere fe-  
 cit: de cetero dum Salernitanus elige-  
 batur Archiepiscopus, ibidem pro con-  
 firmandis Tridentini Concilii decretis  
 Synodum celebravit, cujus acta paulo-  
 post Romanis literis excusa prodire:  
 præterea pro juvenibus Clericis, qui  
 in Ecclesia Cathedrali Altaris ministe-  
 rio deputarentur, novum Seminarium  
 erexit,

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1576

§. LXXXV.

*Bartholomæi Caranzæ Toletani Ar-  
 chiepiscopi obitus.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc  
 anno Salutis nostræ millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo sexto obiit,  
 primus occurrit Bartholomæus Caranza  
 in vita Ca-  
 Hist. Eccles. Tom. XLIX, Bb exراز, Barth.

Nicol. Ant.  
 Bibl. Script.  
 Petr. Salaz.  
 de Mendoza

Sæcul. XVI. ex Ordine Fratrum Prædicatorum Toletanus Archiepiscopus, qui ex quadam A.C. 1576. Neapolitani regni urbe mutuato nomine alias Miranda vocabatur. Hic apud suos Fratres scientia Theologica, quam tradidit, tam ingens sibi nomem comparabat, ut ad Tridentinam Synodum selectus ibidem prima Verni jejunii Dominica anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo sexto præsentibus Concilii Patribus perorare mereretur, ubi etiam illorum, qui Residentiæ legem de jure Divino præceptam celebrabant, sententiæ adhæsit, ac tanquam Theologus Philippum Hispaniæ Regem, cum Reginam Mariam sibi desponsaturus in Angliam contenderet, comitabatur, ibique ad restaurandam Religionem Catholicam præcipue in Oxoniensi Universitate egregiam navabat operam, tamque fervens studium, adeoque miram in pio hoc opere dexteritatem exhibebat, ut Reginæ a confessionibus esse feligeretur, postea autem a Philippo II. Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo ad Toletanum Archiepiscopatum in tota Hispania celeberrimum nominabatur, cui Ecclesiæ cum ingenti animarum Zelo tamdiu præfuit, donec a Carolo V. Imperatore, dum abdicato Imperio sese ad Monasterium sancti Justini recepit.

*Dupin. Bibl. aut. Eccl. t. 16. p. 115.*

receperat, evocaretur, atque eundem in sancto proposito firmare jussus, illi inter Christianæ pietatis signa animam exhalanti assisteret, ubi etiam animæ noxas ab hoc Cæsare contractas in sacro Tribunali eluebat, sanctisque Sacramentis ei administratis illum in extrema hac lucta adjuvabat usque ad ejus obitus diem, quæ erat vigesima prima Septembris Anni a Christi Nativitate millesimi quingentesimi quinquagesimi octavi.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

Porro hujus Principis morte etiam Caranzæ tranquillitas desiit; cum enim Carolus V. in suspi ionem traheretur, quod in Religione vacilians opiniones non admodum orthodoxas fovisset, (\*) hujus criminis culpa in Caranzam ejus

con-

(\*) Hanc fabulam, summamque injuriam jamjam explofit Maximil. Raslerus *in vind. diplom. Ludov.* eam autem pessimæ notæ Scriptores ex levissimis, ac mendacibus conjecturis adinvenerunt, ac postea Schardius, Thrasylbulus Lepta, Landorpins, Abbas de S. Real & novissime celebris calamniator Godefridus Ludwig Coburgensis Professor in sua Universali historia tom. I. fol. 457. adoptarunt, imo Joannes Fridericus Mayer etiam dissertationem Lipsiæ anno 1682, de morte Caroli V. Evangelica vulgare non erubuit, cum tamen Caroli V.

B b 2

gesta,

Sæcul. XVI  
A.C 1576. confcientiæ Moderatorem rejiciebatur, quapropter obtenta prius a Pontifice venia Ferdinandus de Valdez Hispalensis Archiepiscopus eundem anno a partu Virgi-

gesta, & mortem ex probatis omnibus historicis perlegenti nil magis obvium sit, quam illius immotum Religionis studium: ejusmodi vero Protestantium commentum, quo gloriosissimum Cæsarem suæ sectæ Profelytum sibi conciliare nitebantur, Catholicæ Ecclesiæ hostibus quodammodo ignosci posset, desperatæ enim causæ iniquo etiam modo patrocinium quæritur; attamen vix tolerari potest, quod Continuator, qui tamen sese Romano-Catholicum jactitat, adeo asseveranter, & temere ex suspectis Auctoribus divulgare audeat, quod Bartholomæus Caranza *ob Caroli V. fidem de Lutheri hæresi suspectam* carceri datus fuerit, cum tamen ex omnium probatorum historicorum testimoniis constet, hunc Archiepiscopum ideo comprehensum fuisse, quia *ex quorundam incarceratorum processu in eum gravis suspicio de hæreticis propositionibus, aut etiam hæresis culpa resiliisset*, ut testatur præter alios P. Quetif. t. 2. de Script. Ord. Præd. fol. 238. eique objectum fuerit, quod suspectos legisset libros, cum hæreticis communicasset, & eorum dicendi modos secutus fuisset, quamvis postmodum teste Odorico Raynald. in An-

nah

Virginis millesimo quingentesimo quin-  
 quagesimo nono die vigesima secunda  
 Augusti comprehendi iussit, unde Ca-  
 ranza Vallisoletì capitur, atque in eum  
 iudicii acta instruuntur: cum vero ju-  
 dices suos tanquam suspectos rejiceret,  
 atque ab eorum sententia ad Papam  
 provocaret, Rex consentiente Papa  
 alios nominabat, qui in reum inquire-  
 rent, actaque in juris ordinem redacta  
 Romam transmitterent, ut ibidem per  
 sententiam causa decideretur: cum  
 autem hoc negotium adeo protrahere-  
 tur, ut nonnisi Anno Salvatoris nostri  
 millesimo quingentesimo sexagesimo  
 quarto causa plene instructa esset, at-  
 que etiamnum novæ emergerent diffi-  
 cultates ob repugnantiam Inquisito-  
 rum, qui suam existimationem, si hoc  
 negotium alibi, quam in Hispania, dijudi-  
 caretur, imminui censebant, & ideo  
 nullum non movebant lapidem, ne hæc  
 causa ad Romanum tribunal devolve-  
 retur,

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1576.

nal. ad ann. 1560. n. 23. *caussa ejus expensa  
 fuerit a Romana Inquisitione, nihilque solidi re-  
 pertum fuerit, ut manifestæ noxæ damnaretur,*  
 imo ipse suam innocentiam in mortis articulo  
 jurata fide testatam reddiderit, uti ejus verba  
 ab eodem Patre Quetif l. cit. integra fide re-  
 citantur, quæ etiam proxime subjiciemus.

Bb 3

Sæcul. XVI.  
A C 1576.

retur, hinc Rex approbatis eorum rationibus a Pio IV Pontifice Deputatos obtinuit, qui litem in Hispania discuterent: igitur a Papa Cardinalis Boncompagnus, Joannes Baptista Castanea Rossanensis Episcopus, & Joannes Aldobrandinus Rotæ Auditor hanc in rem selecti Mense Novembri Anno supra millesimum quingentesimo sexagesimo quinto in Hispaniam veniunt, ubi cum Inquisitionis Senatus unacum hisce Roma deputatis Judicibus pronuntiare vellet, hi vero obsisterent, hinc acris oriebatur contentio, qua adhuc fervente, & Pio IV. mortuo Boncompagnus secessit Romam reversurus, ubi sacris interfuit comitiis, in quibus Pius V. in Romanum Pontificem salutabatur, qui percepta totius negotii serie causam ad suum tribunal evocavit: igitur Caranza eo abductus die vigesima octava Maji Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo advenit, mox in arce sancti Angeli inclusus, ubi tamen adhuc mitius, quam in Hispania, habebatur. Postea summus Pontifex quantocius alios nominabat Judices, qui rursus hanc causam examini subjicerent: verum Hispanicæ Inquisitionis Procurator tot novas suscitabat tricas, ut Pius V. re nondum decisa interim

fatis

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

fatis fungeretur: nec magis expeditum erat negotium regnante Gregorio XIII. qui nonnisi die decima quarta Aprilis anno restauratæ Salutis millesimo quingentesimo septuagesimo sexto sententiam pronuntiare poterat, qua quidem Caranza nequaquam de hæresi convictus declarabatur, ob vehementes tamen præsumptiones adversus eum pugnantes quasdam propositiones ejurare jubebatur, quamvis ipse palam profiteretur, quod illas nequaquam reprobo sensu accepisset: insuper eidem quædam preces injungebantur, atque a suo Archiepiscopatu Toletano per quinquennium suspensus Romæ in conventu sanctæ Mariæ supra Minervam persistere cogebatur, ita tamen, ut mille aureos pro sua sustentatione in singulos Menses reciperet: at post hanc sententiam valde ignominiosam nonnisi septendecim diebus supervixit, mortuus die secunda Maji anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, ætatis vero suæ septuagesimo secundo. Hic idem, dum sanctis Ecclesiæ Sacramentis muniebatur, publice professus est, quod nec unquam sententiis sibi imputatis inhæserit, nec ullam opinionem hæreticam propugnaverit: insuper etiam læsus ipsius honor debita reparatione fuit vindicatus, atque us-

Bb 4

que

Sæcul. XVI  
A.C. 1576

que ad hodiernam diem ejus memoria apud omnes Viros probos, doctosque in magna veneratione, & honore celebratur (\*).

Ce-

(\*) Publica hujus insignis Archiepiscopi professio sibi in historia Ecclesiastica merito locum vindicare videtur, quapropter illam ex P. Quetif, qui se illam ad literam retulisse testatur, adjicio: *Testes appello, inquit Caranza, Curia celestis incolas, judicem accipio supremum hunc Dominum huic sanctissimo præsentem Sacramento, ipsique astantes sanctos Angelos, quos ut patronos semper colui: juro per hunc eundem Dominum, & per proximi transitus mei præsentem statum, perque rationem, quam divinæ suæ Majestati statim a me reddendam certo scio, & expecto, me toto illo tempore, quo in Religione legi, aut postmodum scripsi, prædicavi, docui, disputavi in Hispania, Germania, Anglia, ad id semper, & maxime attendisse, ut fidem Domini nostri Jesu pro virili extollerem, hæreticosque impugnavem. Placuit divinæ suæ Majestati sic me, in hoc suo iuvare negotio, ut sua desuper accedente gratia hæreticos plurimos ad fidem Catholicam revocarem in Anglia, dum nostrum Regem eorum comitatus, cujus accedente mandato præceptorum illius temporis hæreticorum cadavera exhumari, ac cum summa sanctæ Inquisitionis*

all-



Ceterum hic Archipræful quædam Sæcul XVI.  
A.C. 1576.  
opera, quæ eruditionis suæ, necnon  
Orthodoxiæ luculenta sunt monumen-  
ta, posteris reliquit, ex quibus cele-  
ber-

auſtoritate cremari curavi. Catholici, & hæ-  
retici me primum fidei deſeuſorem dixere, licet  
id de me aſſerere, vel ſentire non præſumam,  
me tamen inter primos ſemper extitiſſe, qui ſan-  
cto huic allaborarunt negotio, poſſum aſſirmare,  
plurimaque circa id a me peracta juſſu, ac nutu  
Domini noſtri Regis plurimorum, quæ hic re-  
fero, teſtis optimi: quem colui, & dilexi, colo,  
ac ex corde ſingulariter diligo, quem nec ullus  
e filiis ſuis tam firmo, tamque ſincero, quo  
ego Majeſtatem ſuam, proſequitur, aut pro-  
ſequetur amore. Præterea non modo toto vitæ  
meæ decurſu aliquam hæreſim, vel quodlibet ve-  
ro, ac genuino Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſenſui  
contrarium nec prædicavi, nec in ullum, de qui-  
bus me ſuſpectum habuerunt, dicta, propoſitio-  
nesque meas in abſonum, alienumque ab eo, quo  
a me prolatae fuerant, ſenſum interpretantes,  
errorem prolapsus ſum, ſed juro per ſupradi-  
cta, perque eundem Dominum, quem mox ac-  
cipiam, judicem, ne vel leuiori quidem hæc-  
tenus cogitatione ſimilium, aut eorum, quæ mihi  
ſunt in proceſſu objecta, fuiſſe me contaminatum,  
nec circa id ullatenus a me dubitatum, aut ima-  
ginatum: ſed contra legiſſe ſemper, ſcripiſſe, do-  
cuiſſe.

Sæcul. XVI  
A. C. 1576.

berrimum est Conciliorum summa variis in urbibus iterato prælo subjecta: hoc autem opus latino sermone conscriptum succincte amplissimas complectitur res, atque in præliminaribus ejus quæstionibus quædam ultramontana reperiuntur

*cuisse, prædicasseque firmiter, Et sincere fidem hanc veram, quam modo credo, quam Et moriens profiteor: nihilominus sententiam in mea causa a Sanctitate sua datam ut justam suscipio, Et agnosco, quippe datam a Jesu Christi Vicario, quem ut talem accepi, utque talem habeo, cum iudex in ea causa, præterquam quod Jesu Christi Vicarius est, prudentissimus, re-ctissimus, doctissimusque sit: insuper per agnem, Et transitus angustias, quas patior, non solum omnibus, qui in hac causa adversum me partis vices sustinere, vel quolibet modo in ea adversum me egere, libenter modo condono, Et ignosco: verum Et ipsis semper ignovi, quicquid in me tentaverint, ac quodcumque mihi gravamen inferre voluerint. Nunquam in Dominum nostrum peccavi, odium in eorum aliquem retinendo, quin semper pro eis Divinam Majestatem suam exoravi, Et nunc ipsos omnes in corde gero ad locum, quo divino nutu divina, Et superveniente misericordia migraturum me spero: coram hoc tribunali supremo adversus illorum quempiam proferam nihil, sed pro omnibus Dominum nostrum supplex orabo.*

tur principia, quæ tamen in Galliis non vigent: porro ejus Catechismus Hispanicè pro fuorum Diæcesanorum instructione editus sacræ Inquisitioni minus probabatur, unde ab ea etiam censuris notatus fuerat: ast cum is ad Tridentinæ Synodi Patres, qui ad examinandos libros erant destinati, deferretur, illi eundem anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo tertio approbarunt, injuncto etiam mandato, ut præclaro huic Auctori honorificum daretur testimonium, qua tamen re Hispani Inquisitores tantopere irritabantur, ut Lermenfis Comes coram Concilii Patribus questum veniret, atque illos ad hanc approbationem revocandam compellere niteretur: iis autem renuentibus Ilerdensis Episcopus contumeliose in hujus Congregationis Deputatos invehebatur, pluraque ex hoc libro loca producebat, quæ in eo sensu, quem hic Præsul eis affingebat, censura quidem merito notanda videbantur, mox tamen Congregationis Præses hujus Episcopi invidiam indignatus coram Legatis profitebatur, se nunquam publico congressui interfuturum, nisi læsus honor congrue sarciretur: igitur Moronus Cardinalis rem componere satagit, præscriptis hisce conditionibus,

ut

Sæcul XVI.  
A.C. 1576.

Sæcul. XVI. ut nullum præfati testimonii exemplar  
 A.C. 1576. publici juris fieret, Herdensis vero An-  
 tistes Deputatis publica deprecatione  
 satisfaceret: hac igitur ratione censorii  
 iudicii archetypum ei, cui antea fuit  
 traditum, eripiebatur, totumque diffi-  
 dium plene sopitum est. De cetero re-  
 liqua Caranzæ opuscula erant instructio  
 pro audiendo Missæ sacrificio, & tra-  
 ctatus de Episcoporum residentia, quam  
 juris divini esse propugnabat.

## § LXXXVI.

*Cornelii Jansenii Gandavenfis Epi-  
scopi obitus.*

*Miræus de  
 script. sæcul.  
 XVI.  
 elog. Val.  
 And. in Bibl.  
 Belg.  
 San Marth.  
 Gallia Chr.  
 tom. 2.  
 Dupin. tom.  
 16. p. 116.*

Alter ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc  
 anno defunctis erat Cornelius Jan-  
 senius natus Hulstæ, quæ ditionis Waes-  
 Metropolis in Flandriæ Comitatu sita  
 est. Hic Lovanii confecto literarum  
 studio pro intelligendis sacræ Scriptu-  
 ræ mysteriis necessariam linguæ græ-  
 cæ, ac hebraicæ scientiam sibi compa-  
 rabat, atque in Tungerloensi Præmon-  
 stratensium Abbatia Theologiam trade-  
 bat, quo munere per duodecim annos  
 functus interea suum commentarium  
 de concordia Evangeliorum elucubra-  
 bat, quod opus inter cetera primum  
 Anno restauratæ salutis millesimo quin-  
 gentesimo quadragesimo nono prima vi-  
 ce imprimebatur, ac postea editiones  
 quam-

Sæcul. XVI,  
A C. 1576.

quamplurimæ variis in regionibus sequebantur: in eo autem præter literalem textuum explanationem non paucæ reperiuntur adnotationes in sensum moralem, & mysticum, necnon controversæ quæstiones exactissime discussæ, quinimo haud immerito affirmari potest, quod ex omnibus commentariis, quos respublica literaria circa Evangelii historiam possidet, Jansenianus sit omnium celeberrimus, rerum copia uberrimus, ac utilitate præstantissimus: præterea eodem tempore Jansenius alium concinnabat commentarium in Salomonis proverbia, Ecclesiasticum, Cantica Cantorum, & librum Sapientiæ, quod opus primo Lugduni circa annum Domini millesimum quingentesimum octogesimum, ac postea sæpius Antwerpæ excusum prodiit: denique ex ejusdem Authoris calamo profluxit Paraphrasis in Psalmos unacum amplissimis notis, in quibus literalem, historicum, & Propheticum Psalmorum sensum explicans eundem textum in quolibet sensu intelligi posse demonstravit: porro textum hebraicum ferme ubique sequitur, quin tamen ad dilucidanda quædam sacræ doctrinæ loca versionem græcam negligat.

Ceterum Jansenius, postquam in Tongerloensi Abbacia Professoris munus

**Sæcul. XVI.** nus cum eximia nominis sui laude obie-  
**A.C. 1576.** rat, apud Cortracenos Parochus ad  
 Sanctum Martinum nominabatur, quo  
 Pastorali munere per duodecim annos  
 functus, atque ab omnibus suis paro-  
 chianis æstimatus summopere diligeba-  
 tur; nam eos solidis doctrinis, piisque ex-  
 emplis ad virtutum exercitia animabat:  
 cum autem disponente Divino Numine  
 ad ampliores Ecclesiæ dignitates natus  
 videretur, relicto suo Beneficio Lova-  
 nium reversus est, ubi doctoratus lau-  
 rea insignitus ad Sanctum Jacobum De-  
 canus creabatur, retento Doctoris, ac  
 Theologiæ Professoris munere: demum  
 præter alios a Philippo II. Universitatis  
 Lovaniensis Deputatus ad Concilium  
 Tridentinum mittebatur, ubi ob suam  
 modestiam, ac sapientiam non minus,  
 ac suam eruditionem ab omnibus ma-  
 ximi habitus est: inde vero reversus,  
 ab Hispaniæ Rege in meriti sui præ-  
 mium, cum a Paulo IV. Anno millesi-  
 mo quingentesimo quinquagesimo nono  
 novi Episcopatus in Flandria erigerentur,  
 Gandavensem Sedem obtinuit, cujus ta-  
 men possessionem ob tumultus in Belgio,  
 ex nova horum Episcopatum erectione  
 ortos, non nisi Anno Christi millesimo  
 quingentesimo sexagesimo octavo acce-  
 pit, ac primus Gandavensis hujus Ec-  
 clesiæ Episcopus, anno post Christum

natum millesimo quingentesimo septua-  
 gesimo ibidem Synodum celebravit, tan-  
 dem vero huic Ecclesie per octo annos  
 digne inserviens die decima Aprilis hoc  
 anno reparatæ salutis millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo sexto in sua E-  
 piscopali urbe obiit, annos sexaginta  
 sex natus: porro ea, quæ in Michaelis  
 Baji causa gesserat, jam alibi memo-  
 ravimus.

§. LXXXVII.

*Fata Jacobi Paiva de Andrada.*

Hoc item anno Jacobus Paiva de An-  
 drada Lusitanus Theologus dece-  
 sit, qui ex nobili Lusitanorum familia  
 ortus, illustrius adhuc ob suam erudi-  
 tionem, quam generis nobilitatem in-  
 claruit, ac postquam sacræ militiæ uni-  
 ce, ut seposita omni dignitatum cupidi-  
 tate utilius Ecclesie inserviret, adscri-  
 ptus erat, præcipue sacræ doctrinæ, &  
 Patrum studio sese dicabat, suoque er-  
 ga Religionem zelo animatus Apostoli-  
 cas expeditiones in se susceperat, ex  
 quibus uberes animarum fructus repor-  
 tabat, tandem vero eruditionis, ac pie-  
 tatis ejus fama ad Sebastianum Lusita-  
 niæ Regem delata ab eodem Principe  
 ad Synodum Tridentinam decernebatur,  
 ut ibidem Regis Theologum ageret, ubi  
 etiam orationem latinam postea typis  
 im-

Sæcul XVI.  
 A C. 1576.

Nicol. Ant.  
 Bibl. script.  
 Hisp.  
 Osorius in  
 Præf. lib.  
 orth. explic.  
 Dupin. l. c.  
 p. 153.

Sæcul. XVI. A.C. 1576. impressam secunda Dominica post Pascha coram Concilii Patribus Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo habuit, ibidemque orthodoxas elucubravit explicationes, quæ ad nos transmissæ, decemque libris comprehensæ Anno post Virginis partum millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Coloniensibus literis excusæ prodierunt: edidit quoque apologiam Concilii Tridentini adversus Protestantis Chemnitii librum, cui titulus: *examen Concilii Tridentini*: præterea idem scripsit tria sermonum volumina in Lusitano idiomate edita: observandum tamen venit, quod Paiva in suis orationibus potius declamatorum, quam dogmaticum egerit, nec semper in suis argumentis exactum criterium adhibuerit: interim præ omnibus ab eo scriptis solidior est confutatio Chemnitii. Denique hic Scriptor anno ætatis suæ quadragesimo septimo humanis rebus valedixit.

## §. LXXXVIII.

*Universitatis Parisiensis sollicitudo.*

*Argente  
collect. Jud.  
t. 3. p. 448.*

Die decima Novembris hoc anno Artium liberalium Facultas Parisiis habito conventu apud Sanctum Julianum de Pauperibus habito deliberabat circa duos articulos, quorum primus  
Bles-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

Blessensia concernebat comitia, alter vero tangebatur quorundam supplicationes, ubi Hugo Burlatus Rector volebat virum gravem deligi, qui adeat Regem, & comitiis trium Ordinum interlit: insuper petiit, ut Bibliopolæ jurejurando adstringantur, & coram Deputatis convocati jurent, ne amplius præbeant suppetias Jesuitis: si vero hoc juramentum præstare noluerint, tunc hujus suæ repulsæ rationes afferant: Feria autem quarta die decima tertia Decembris anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto habitis apud Mathurinos Comitiis decretum fuit, ut nonnulli seligerentur ex Academia viri, qui de illius Privilegiis, atque immunitatibus, & reliquis ad instituendæ Academicæ rationem, pristinumque illius splendorem, ac dignitatem pertinentibus in publico trium Ordinum conventu fideliter agant apud Regem: hanc in rem nominati sunt quatuor Theologi Doctores, fidei integritate, vitæ innocentia, & auctoritate præstantes, necnon acri judicio, & singulari Doctrina præditi, iique erant Pelletierius summus Regis Navarræ Moderator, Faber, San-Germanus, & de la Bigne, quorum fidei res tota fuit demandata: actum præterea est de ratione, & modo cogendi Priorem, & Cœ-

*Hist. Eccles. Tom. XLIX. Cc no.*

**Sæcul. XVI.****A. C. 1576**

nobium Mathurinensium ad celebrandum quotannis obitum Magistri Roberti de Sorbona: quandoquidem Mathurinenses id Doctõribus Theologis nuper denegarunt, hinc sancitum, ut totum hoc, quidquid est negotii, ad Senatus auctoritatem referretur: decretum est insuper, ut Bibliopolæ prohiberentur typis mandare, aut venditioni exponere ullos depravatæ doctrinæ libros, ejusque rei fidem Rectori Academiæ jurato darent. Denique die decima septima Mensis Novembris anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto habita sunt privata comitia Universitatis apud Sorbonam, ubi selecti sunt ab Universitate Magistri in Theologia, qui ipsius nomine conficerent codicillos ad regiam suam Majestatem deferendos, ut hac ratione a regia Majestate precibus impetraretur, quatenus unica, vera, & sincera, Catholica nimirum, Apostolica, & Romana Religio passim in tota Gallia facta, tecta, atque inviolata servetur, adeo, ut præter illam nulla alia in Franciæ regno toleraretur: insuper petebant, ut beneficia, Magistratus, atque officia nullatenus sint venalia, sed ea viris vitæ innocentia, morumque probitate integerrimis, & singulari, eximiaque doctrina conspicuis pro suis meritis, honestæque virtutis, & laborum præ-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1576.

præmio conferantur: ad hæc cum Antonius Vivierus Parisiensis Ecclesiæ Canonicus, atque Universitatis Cancellarius quereretur, quod quidam Parisinæ Facultatis Theologicæ Licentiati honorarium, quod sibi deberi ajebat, solve-  
re renuerent, hinc Senatus die vigesima quarta Mensis Novembris hanc in rem edito decreto Rectoris jura tuebatur, eique præfata asserebat honoraria, simulque præcipiebat, ut pro cuiuslibet Facultatis licentia media unius aurei pars eidem solveretur, ipsis nequidem Religiosis Mendicantibus exceptis. Idem quoque Cancellarius alio libello supplici die tertia ejusdem Mensis porrecto petebat, ut in omnibus congressibus, supplicationibus, publicisque functionibus in præfata Universitate celebrandis ipse ceteros præcedat, ac honoratiorem a Rectore locum obtineat; postremum tamen hunc articulum Senatus indecisum reliquit.

§. LXXXIX.

*Torgaviense Lutheranorum conventiculum.*

[nterea assiduæ dissensiones inter Germaniæ Lutheranos fervebant, quæ propter Saxonix Elector rursus ad componenda eorum dissidia hoc anno

*Hospin. ad hunc annum.*

**Sæcul. XVI.**  
**A.C. 1576.**

anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto Torgavii conventum celebrare cogebatur: equidem hoc conventiculum confluentium numero erat celebre, cum Germaniæ Protestantes ex quolibet Germaniæ angulo concurrerent, exceptis tamen Zwinglianis, & Calvinistis, qui ab hoc congressu excluderentur. Ceterum hæretici ibidem congregati tanquam fidei suæ normam respiciebant Confessionem Augustanam, ejusdemque apologiam, atque articulos Smalcaldicos, necnon majorem, & minorem Lutheri catechismum, novamque concordiæ formulam: porro locos communes Melancthonis, aliosque libros rejiciebant: ex illis vero novam consarcinabant fidei confessionem, quam ad Ludovicum Electorem Palatinum, ejusque Fratres, necnon Hassiæ Landgravium illius, qui tanto tempore Lutheranos cum Zwinglianis componere irritò conatu laboraverat, Filium transmittabant: at hæc ipsa fidei forma suadentibus eorum Theologis ab hisce Principibus, imò ab ipsis Holsteiniis, & Brunsvici Ducibus fuit rejecta, etiam eorundem Theologorum censuris ad Saxoniam Electorem transmissis, quapropter Schmidelinus, Chytræus, Kemnitius, aliique Torgavensem hanc formam-

mulam rursus corrigere cogebantur (\*), *Sæcul. XVI.*  
 aliamque Bergæ procudebant, in qua *A.C. 1576.*  
 declararunt, quod Corpus, & Sanguis  
 Christi vere, ac substantialiter præfens  
 sit, atque in Cœna unacum pane, &  
 vino distribuatur, & æque ab impiis,  
 quam probis recipiatur.

## §. XC.

*Ubiquitas humanitatis Christi Domini  
 a Lutheranis explicata.*

In eadem hac formula dogma huma- *Bossuet var.*  
 nitatis Christi Domini ubi- *tom. 1. p. 483.*  
 quitatem concernens explicatur, atque propug- *Et 491. Et*  
 natur in eo tamen sensu, ut nunc, *t. 2. passim.*  
 cum natura humana post suam resur-  
 rectionem exaltata sit, & Christus Do-  
 minus formam servi exuens formam Dei  
 rursus induerit, ubique non modo tan-  
 quam Deus, sed etiam quatenus homo  
 præfens existat, non quidem re ipsa modo  
 terrestri, sed quatenus ex eo, quod virtus  
 Dei totum orbem replens realiter hu-  
 manitati Christi Domini communicata  
 sit, realiter etiam & vere in Cœna præ-  
 fens adesse possit, cum tamen id a nul-

Cc 3 lo

(\*) Ita nempe ad varium Principum ge-  
 nium Protestantica fides singulis annis novam  
 induit faciem, uti Bacchanaliorum tempore  
 variis larvis nova spectacula hominibus exhi-  
 beri solent.

Sæcul XV!  
A.C. 1577.

lo alio fieri valeret. Hæc formula hoc pacto die duodecima Maji anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo septimo recusa ad Saxonix Electorem, Principes, & Protestantes Imperii Ordines postea transmittabatur, ut eandem a suis Theologis (\*) discuti, atque approbari juberent: verum Hassiæ Landgravii, Bipontini, Anhaltini, & Magdeburgici Ducum Theologi rursus hanc novam formam rejiciebant.

§. XCI.

*Francofordiensis conventus pro concinnanda communi fidei confessione.*

Bossuet t. 2.  
p. 327.

Equidem Joannes Casimirus Palatinus Comes Electoris frater horum Ubiquistarum molimina evertere intentus Mense Septembri Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo generalem Protestantium Synodum Francofordiam ad Mœnum convocabat, cui omnes, qui figuratum sensum tuebantur, quorumve præcipuus fautor hic Prin-

(\*) Ergone major fidei certitudo, firmitas, cognitio, atque infallibilitas in Principum Theologis, quam Torgaviensibus Doctoribus inerat? unde autem pauperi Lutherano certum esse poterat, non hos, sed illos errasse, hisque Spiritum Sanctum adstitisse præter privatum spiritum omnibus communem?

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

Princeps erat, exceptis Helvetiis, & Bohemis interfuere: hi tamen submiserunt suam declarationem, qua iis, quæ ibidem decernerentur, se subscripturos (\*) promittebant, Helvetiis vero Casimirus per suum Legatum declarari iussit, quod de illorum subjectione persuasus esset: porro hujus conventus intentio erat, communem fidei confessionem, in quam omnes convenirent, in omnibus Protestantium Ecclesiis statuendi: id enim declarat sermo a Comitibus Palatini Deputato in hujus confensus initiò declamatus, necnon unanimis consensus omnium ceterorum, qui ex Anglia, Francia, Polonia, Hungaria, & Belgio deputati erant, quam in rem præprimis proponebantur media, quibus Ubiquistæ prohiberentur, ne suæ opinionis adversarios publice damnant, postea vero deliberatum, qua ratione hæc concordia formula conciperetur, & quinam Theologi ad eam confundendam essent seligendi, quibusve tandem mediis ceteræ omnes Ecclesiæ ad eam subscribendam induci possent. Ad pri-

Cc 4 num

(\*) Seu quod idem est, so fidem acceptaturos, qualem gratiosis hisce Dominis placuerit, was vor einen euer Excellenz beselchen: hanc autem fidem potiori jure einen Kohler-Glauben dixero.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

igitur caput, opportunum fore censebatur, ut Philippus Sidnejus Angliæ Regiæ Legatus unacum quodam conventus hujus Deputato ad Saxonem, Palatinum, & Brandenburgicum Electores ablegaretur, unacum libello supplici, in quo eis injustitia, qua tot Ecclesiæ nondum auditæ damnarentur, ob oculos poneretur, eo potissimum nomine, cum omnes hæ fidei confessiones in doctrina consonarent, & nonnisi in modo, ac sese explicandi methodo differrent, uti agebat Palatinus Deputatus, quamvis ipsemet satis sibi persuasum haberet, quod id falsissimum esset, atque hæ diversitates omnino in ipsa fidei summa versarentur.

Ad alterum caput, quod hujus formulæ voces ibidem adhibendas concernebat, sancitum est, *concipiendam esse fidei confessionem claram, plenam, & solidam, cum clara, ac brevi refutatione omnium hæresum hujus temporis, ita tamen temperandum esse stylum, ut Augustanæ Confessionis affectæ non exacerbentur, sed potius attrahantur, quantum veritas permittit.*

Denique Zacharias Ursinus hanc formulam concipere jussus erat, sancitumque, ut illa postmodum ad Rudolphum Gaultierum, & Theodorum Bezam, quorum hic Genevensis, ille Tigurinus



rinus Minister erat, mitteretur, cum hi Theologi essent, quibus Ecclesiæ mala, seu reformationis spurix disfidia, & fidei confessiones, quæ illam in varias sectas scindunt, magis perspectæ forent: hi ergo Ministelli huic formulæ postremam manum admovere jubebantur, postquam illam Theologo ab Angliæ Regina nominando exhibuerint: insuper decretum, quod Casimiri Principis Consilarii hanc concordiam ad omnes Ecclesias mitterent, ut ea ibidem legeretur, corrigeretur, atque augeretur, prout eis bene visum fuerit: insuper decisum est, ut fidei confessioni ita confectæ nomine Oratoris, quem Angliæ Regina ablegaret, ad Confessionis Augustanæ Electores declaratio quædam adjungeretur, præter libellum simplicem nomine Conventus editum, quo condemnatio a Lutheranis intentata prohiberetur, porro in eo libello congregati jactanter hæc exponebant: „hic „Conventus ex pluribus orbis Christiani „ni partibus convocatus est, ut Papæ „ausibus obsistatur; nobis enim relatum „est, quod hic adversus nos mo- „liatur excitare potentissimos Christia- „næ Reipublicæ Principes, intelligebant „autem Cæsarem, Galliarum, & Hi- „spaniæ Reges: ast maxime exinde as- „fligimur, quod Principes aliqui Ger-

Sæcul. XVI.

A.C. 1577.

Sæcul. XVI  
A.C. 1577.

„maniae, eundem colentes Deum, prout  
„inquirebant illi, & nobiscum detestantes  
„Antichristi Romani tyrannidem, præ-  
„paraverint se ad damnandam Ecclesia-  
„rum nostrarum doctrinam, adeo, ut  
„nos inter tot mala, quibus obruimur,  
„ab iis etiam oppugnemur: in quorum  
„tamen virtute, & sapientia meliorem  
„spei nostræ partem reposuimus.”

Postea cunctis Confessioni Augustanae addictis, ista exponebant, „Papa  
„aliis Ecclesiis dejectis non mitius aget  
„vobiscum Lutheranis, qua enim ra-  
„tione vos benignius habebit, a quibus  
„tamen primam plagam lethalem accepit?”  
hæc igitur verba cum Lutheranos indig-  
itent, eos proin totius rebellionis pri-  
mos Authores existisse declarant: porro  
his præmissis proposuere Concilium  
liberum, in quo se contra communem  
hostem unire, eique opponere possent;  
denique gementes, se damnari haud  
prius auditos, subdunt, quod sola, qua  
disjungerentur ab Augustana Confessio-  
ne, controversia de Cœna, & præsen-  
tia reali non habeat tantum difficulta-  
tis, ut aliqui putarent, hinc injuriam  
sibi fieri ajebant, dum eis objicitur, quod  
rejiciant Confessionem Augustanam,  
cum tamen eam tantum in quibusdam  
locis indigere explanatione, & Luthe-  
rum ipsum, & Melanchtonem, ubi o-  
pus

pus erat, aliqua correxisse affererent. Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.  
Verum omnes hæ quærelæ, scripta, & declarationes rursus suo successu destituebantur, quamvis Hassiæ Landgravius ad procurandam hanc unionem vehementissimas epistelas ad Imperii Electores dedisset, pariterque Ludovicus Palatinus Elector, licet secta Lutheranus esset, ad Saxoniam, & Brandenburgi Septemviros rationes, ob quas Bergensem formulam rejiceret, perscripsisset.

§. XCII.

*Comitiorum Blesensium continuatio,  
Clerique petitum de recipienda Tridentina Synodo.*

Interim Blesis Comitibus continuato fervore protrahebantur, ubi Lotharingii Principes, quos Catholici gregis quodammodo animam appellare licet, Religionis ardorem semper novo motu accendebant, & denuo Concilium Tridentinum promulgari per Episcopos petebant: verum Cathedralium Collegiorum Decani reluctabantur, veriti, ne suis exemptionibus spoliarentur, quapropter se haud aliter assensuros agebant, nisi prius eorum privilegiis sat idonee cautum esset. Nec hanc conditionem rejecerunt Episcopi: unde de promulgando Concilio communis omnium concurrens assensus: verum postquam res  
jam

*Thu. l. 63.  
Avila l. 6.*

Sæcul. XVI.  
A. C. 1577. jam pene confecta videbatur, omnino repente in irritum cecidit, eoquod plurimum Provinciarum Deputati solemniter hujus Concilii promulgationi sese opponerent, interjecta protestatione, qua in uno momento totius consilii cursus sistebatur: insuper iidem Deputati a Cleri Secretario hujus protestationis tabulas erigi petebant, quas publici etiam juris fecerunt, qua audacia Ecclesiasticus ordo, magisque adhuc Pontifex offendebatur.

## §. XCIII.

*Trium Ordinum postulata Regi exposita circa Religionem.*

*Thu. l. 63.*  
*Spond. ad*  
*hunc annum*  
*1577. n. 3.*

**I**n secunda Blesensium comitiorum sessione, quæ hoc anno die decima septima Januarii habebatur, trium Ordinum Deputati, & quidem Cleri nomine Viennensis Archiepiscopus, pro Nobilibus Senecajus Baro, & pro Ordine plebejo Verforius Advocatus orationem ad Regem habebant, atque eundem una omnes hortabantur, ut in suo regno solam Religionem Catholicam conferret: præcipue vero Archiepiscopus Regem impense rogabat, ut omnes errores a sana doctrina alienos perpetuo exulare juberet, atque corruptelis in Divinum cultum irrepentibus remedium opponeret: his autem Rex paucis verbis

bis hæc reposuit: „Placet mihi unio, Sæcul. XVI.  
 „quam circa Religionis negotium, cul- A. C. 1577.  
 „tumque Deo debitum vigere compe-  
 „rio; unde & ego vestris postulatis, ac  
 „querelis satisfacere curabo:„ His ita  
 gestis nil nisi de ærariis, ac pecunias  
 corradendi mediis agebatur, hancque  
 in rem Regi supplex porrigebatur li-  
 bellus, quo ejus Senatam reformari,  
 & Consiliariorum numerum ad viginti  
 quatuor restringi petebant, ita tamen,  
 ut Regiæ stirpis Principes, ac primi  
 coronæ Ministri non comprehendantur:  
 hujus consilii Regi admodum molesti  
 auctor existit Lugdunensis Archi-  
 episcopus: postea Rex a Regni Ordini-  
 bus vigesies centies librarum millia  
 sibi dari postulabat; ast repulsam tulit,  
 ubi quoque Petrus Danesius, cum Vau-  
 rensem Episcopatum Genebrardo regio-  
 linguæ hebraicæ Professori cedere vel-  
 let, suis precibus frustratus est.

## §. XCIV.

*Novum pacificationis edictum.*

Exeunte Mense Septembri novum pa- Avil. l. 8.  
 cificationis edictum Pictavii pro- Thuan. l. 64.  
 mulgatum est sexaginta tribus articu-  
 lis comprehensum, quibus ea, quæ in  
 prioribus edictis nimium aspera Prote-  
 stantibus videbantur, temperata, ac  
 lenioribus conditionibus explanata fue-  
 re,

Sæcul. XVI. re, eo fine, ut inter utriusque Religio-  
 nis subditos æqualitas introduceretur.

A C 1577.

(\*) Hoc ergo dictum instante Procu-  
 ratore Generali die octava Octobris in  
 Senatu ad tabulas referebatur, plures ta-  
 men illius articuli nequaquam prælege-  
 bantur, eoquod nonnisi quasdam regni  
 Provincias hujus Curiaë jurisdictioni  
 haud obnoxias concernerent. Ceterum  
 hoc edicto Politicum, ac moderatum  
 stabiliebatur regimen utrique parti ac-  
 ceptum, simulque spuria, quæ se re-  
 formatam dicit, reformationi liberta-  
 tem in Nobilium majori jurisdictione  
 pollentium ædibus indulgebat, ita, ut  
 ad earum domos liber unicuique pate-  
 ret accessus: insuper statuiebatur, ut  
 eadem libertas in qualibet Præfectura,  
 seu tribunitia potestatis loco vigeret,  
 dummodo ea decem leucis a Parisina  
 urbe, duabus vero a loco, ubi Aula  
 moratur, distaret: præterea decisum,  
 ut loca Vescantini Comitatus, qui sum-  
 mi Pontificis imperio obnoxius, atque  
 a Pro-

(\*) En quomodo temporis successu, ac  
 nimia, quorum interest, indulgentia filii an-  
 cillæ cum filiis liberæ hæredes esse obten-  
 dant, quæ tamen æqualitas illis, qui contra  
 suos legitimos Principes seditionem movent,  
 nullatenus indulgenda esset, etsi gravissimis  
 rationibus ejusmodi rebellio suffulta videretur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

a Protestantibus usurpatus erat, quantocius Sedi Apostolicæ reddantur, atque Nassoviensis Domus in Arausionensis Principatus possessionem introduceatur, præcipue vero Religio Catholica hoc edicto in illis locis, ubi nuperrimis bellis proscripita erat, restaurari jubebatur, simulque sancitum, ut bona Ecclesiastica quantocius restituantur. (\*)

## §. XCV.

*Articulus de matrimonio Sacerdotum,  
& Religiosorum.*

Præterea alio articulo sancitum erat, ut imposterum nullus ob Clericorum matrimonia jam antea contracta molestari, aut in eum inquiri posset, simulque Magistratibus prohiberetur, ne in ejusmodi sacrilegos indagarent, atque liberi ex incæstis ejusmodi nuptiis procreati in bona mobilia, & adventitia tam ante, quam post matrimonium quæsitæ, & in immobilia a Patre, & Matre parta succedant, ita, ut Monachi, Monachæque professæ ad nullam successionem seu directam, seu collateralem admitti possint.

Insuper statuebatur, ne Calvinistis Protestantibus, qui jam ante in tertio, aut

(\*) Quam manca sit hujus belli historia, cuius Thuanum, aliosque historicos perlegenti, cum fastidio notum erit.

**Sæcul. XVI.** aut quarto cognationis gradu matrimo-  
**A.C. 1577.** nium contraxerunt, ejus rei causa mo-  
 lestia fiat, aut matrimonia hujusmodi  
 in dubium revocentur, vel successione  
 priventur, aut controversia moveatur  
 liberis inde natis, aut nascituris: dein  
 sancitum, ut tunc, si de matrimoniis  
 Protestantium, quasi ea invalida, & il-  
 licita sint, lis oriatur, de iis regius ju-  
 dex, si reus Protestantium doctrinæ ad-  
 dictus sit, cognoscat: si vero non sit  
 Calvinista, tunc res ad judicem Eccle-  
 siasticum remittatur: quantum autem ad  
 conjugia jam inter Protestantes in se-  
 cundo, aut de secundo ad tertium gra-  
 dum contracta attinet, Rex de iis, dum  
 rogabitur, auctoritatem suam interpo-  
 nat, ita, ut nec ipsis, ipsorumve li-  
 beris molestia ob id in posterum infe-  
 ratur, quod idem in subsequenti-  
 bus edictis semper repetitum fuit

Præterea eodem edicto Parisinæ,  
 Rothomagensi, Divionensi, aliisque Cur-  
 riis, quibus permissum erat, ut ex  
 Senatoribus partim Catholicis, partim  
 Protestantibus constarent, hæc facultas  
 adimebatur, aliis vero Curiis id per-  
 missum erat, ea tamen lege, ut minor  
 esset Ministrorum Calvinistarum nume-  
 rus: insuper hisce hæreticis quatuor se-  
 curitatis urbes concedebantur per qua-  
 tuor duntaxat annos, quibus evolutis,  
 si ta-



Sæcul XVI.  
A.C 1577.

si tamen cuncta in hoc edicto contenta servaverint, se hæc civitates Regi redditu-  
ros integra fide pollicerentur: porro hæc urbes erant sequentes, Mons-  
pessulanus, & Aquæmortuæ in Occi-  
dania, Niortium, & Serresium in Del-  
phinatu, Sennæ in Provincia, Petro-  
corium, Regula, & Massum Virodunense  
in Aquitania. Denique cuncta adeo  
provide in hoc edicto fuere disposita,  
ut ad tollenda dissidia, evitandaque  
scandala, necnon firmandos fluctuan-  
tium animos, atque ad legum, & Ma-  
gistratum auctoritatem pristino suo vi-  
gori, ac severitati reddendam nihil  
prætermisum videretur: ad hæc etiam  
Rex, Regina ejus Mater, & Alenonii  
Dux hoc edictum omnino servandum,  
die quinta Octobris jurato sponpon-  
derunt, Rexque sui juramenti fidem  
conscriptis tabulis testatam reddi voluit,  
easque Bergeracum ad Navarræ Regem  
transmisit, ubi etiam cum omnium  
applausu receptæ fuerunt, quinimo  
idem Rex de hac concordia tam ingens  
concepit gaudium, ut illud, cum se ejus  
Auctorem reputaret, nonnisi proprium  
suum edictum nominare solitus esset,  
cumque ad Condæum Principem con-  
cubia nocte illius articuli deferrentur,  
is tam infana adeo felix nuntium ubi-  
que divulgandi cupiditate abripiebatur,

Hist. Eccles. Tom. XLIX. D d ut

**Sæcul. XVI.** ut idem edictum eodem noctis momento  
A C. 1577. accensis facibus promulgari juberet, qua-  
 tenus sic solatium, quod exinde in suæ  
 factionis socios redundabat, accelera-  
 ret. (\*)

§. XCVI.

*Joannis Morvillerii obitus.*

*Thuan. l. 64.* **A**bsolutis hisce comitiis, ac Rege Pa-  
 risios reduce non sine illius mœrore  
 nuntiatum est, obiisse Joannem Morvil-  
 lerium, qui a regio Senatu non minus,  
 ac Lemovicensis Episcopus excludeba-  
 tur, tantum ex hac caussa, quod iidem  
 cum Guisio Duce consensisse diceren-  
 tur, quamvis hæc facti indignitas hunc  
 Virum tantopere afflixerat, ut relicta  
 etiam aula Blesas in patriam suam se-  
 cedens, ibidem paulo post Regis dis-  
 cef-

---

(\*) Profecto, si novæ hujus sectæ Patroni  
 sibi, suæque doctrinæ adhuc novitiæ con-  
 sulere voluissent, adeo tarde natalitia hujus  
 prolis festa celebrare non debuissent, cum  
 ab Apostolorum tempore usque ad annum 1522.  
 sane sufficiens spatium habuissent, si prius  
 hujus sectæ Parentes lucem aspexissent; nova  
 autem hac lætitia sat testatum fecerant, quod  
 eorum Religio duntaxat Catholicorum so-  
 cordia, vel nimia indulgentia, ac imbecilli-  
 tate, vel ad Turcarum exemplum a rebel-  
 lium armorum potentia adoleverit.

scessum moreretur. Hic quamvis tam probitate, quam prudentia clarus esset, nativa tamen timiditate sua semper ad capessenda heroica consilia minus aptus reddebatur: porro morienti adstitit Pomponius Belleureus Cancellarius, suus in paucis carus amicus, qui eundem quoque in Fratrum Franciscanorum templo Blesis terræ mandari curavit, prout ipse caverat testamenti tabulis, quas idem Belleureus exequi rogabatur.

Sæcul. XVI.

AC 77.

§. XCVII.

*Catholici ab Angliæ Regina Elisabetha dire vexati.*

Hucusque Elisabetha Angliæ Regina Catholicos non adeo severe habebat, cum vero omnino sibi persuaderet, quod Guisii inscio Hispaniæ Rege connubium inter Joannem Austriacum, & Mariam Scotiæ Reginam conciliare, ac conjurati præprimis Manniam Scotiæ Insulam occidentem versus sitam occuparentur, postea autem per Cumbriæ, Lancastriæ, Cicestriæ, & Novæ Valliæ Comitatus excensione facta in Angliam irrupturi, atque per univsum Regnum seditionis vexillum erecturi essent, hinc suarum partium esse arbitrabatur, ut horum molitionibus obviaret, legesque, quas eidem carnalis

*Thuan. 1. 64.  
Sand. de  
Schism.  
Angl. 1. 3.  
Camden in  
vita Elis.  
Spond. hoc  
ann. n. 11.*

Sæcul. XVI. A.C. 1577. lis prudentia aduersus Catholicos dicta-  
bat, omni severitate executioni man-  
 dari iuberet: eapropter, cum antea  
 Magistratus sacra Myſteria in Catho-  
 licorum ædibus celebrari tolerarent,  
 nunc hi omni crudelitate Catholicos  
 di exare præcipiebantur, atque inter  
 hosce innoxios primus martyrium subire  
 cogebatur quidam Sacerdos, nomine  
 Cuthbertus Magneus, qui capite dam-  
 natus mortis ſupplicio Coriſopoti in  
 ſancti Stephani pago affectus eſt, ubi  
 alius etiam quidam Nobilis nomine Tru-  
 gionus, apud quem hic Sacerdos ha-  
 bitabat, proſcriptis omnibus ſuis bonis  
 ad perpetuos carceres damnabatur.

## §. XCVIII.

*Iſemburgo Comiti Coloniensem Ar-  
 chiepiscopatum cedenti Gebhardus  
 Truchſeſus ſubrogatus.*

*Thuan. l. 65.* *Sanmarth.* *de Arch. p.* *Col. Michael* *Iſſelt. hiſt.* *belli Colon.* **H**oc anno Coloniensis Archiepiſcopa-  
 tus vacabat; Salentinus enim Iſſem-  
 burgicus Comes, & Paderbornensis Epi-  
 ſcopus, non ita pridem erat præſatæ  
 urbis Archiepiſcopus electus, ubi am-  
 pliſſimas ditiones, & arces quasdam,  
 atque oppida, quæ ab Antifiſtitibus de-  
 ceſſoribus ejus alienatæ, & oppigno-  
 ratæ fuerant, pretio perſoluto redime-  
 bat, atque ſic optime de collegio illo  
 ſe

Sæcul. XVI.  
A. C. 1577.

se meritum exhibebat, cum vero ultimus ex illa Comitum Isenburgenfium familia fupereffet, utroque Epifcopatu fe abdicavit, & Guilielmam Antoniam Joannis Lignei Arenbergii Comitis ante novennium in Frifia occifi filiam forma ejus captus fibi facrilegis nuptiis copulavit: unde Paderbornenfem Epifcopatum, necnon Archiepifcopatum Coloniensem ultronee dimifit, statumque Ecclefiafticum exiit, ut libere uxorem ducere valeret, dum dein Ecclefie Paderbonenfi fuffectus eft Henricus Saxo Archiepifcopus Bremenfis, & Osnabrugenfis Epifcopus, ea lege, ut quotannis per trimeftre in Paderbornenfi, atque aliud trimeftre in Osnabrugenfi, reliquis vero fex Mefibus in Bremeni Diœcefi aulæ fedem haberet: porro Coloniensem Archiepifcopatum adeptus eft Gebhardus Truchfifius Valburgii in Suevia Baro Wilelmi, & Joannæ Fürftenbergiæ Filius, atque Othonis Cardinalis Auguftani Frater, qui anno Domini millefimo quingentefimo feptuagesimo tertio ob ingens Catholicæ Religionis ftudium non fine maximo proborum luctu obiit: dum jam antea Gebhardus erat Argentinenfis Decanus nominatus.

D d 3

§. XCIX.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1577.

§. XCIX.

*Albertus Austriae Archidux Cardinalium Collegio adscriptus.*

*Miræ. in  
elog.  
Ciac. vit.  
Pontif.  
t. I. p. 51.*

Interea summus Pontifex hoc anno Purpuratorum Collegio adscripsit Albertum Austriae Archiducem sextum Maximiliani II. Cæsaris, & Mariæ Austriae, quæ Caroli V. Soror erat, filium viginti annos natum, cujus præclara merita Gregorius XIII. in pleno Patrum Senatu deprædicavit, atque eidem rubrum galerum ad Madritensem urbem transmisit, ministerio usus Bononiensis Senatoris Cardinali sancti Sixti sanguine juncti, cui pariter in mandatis datum, ut Pontificis nomine rosam sacratam Hispaniæ Reginiæ offerret. Porro Ormanettus Patavinus Episcopus, atque apud Philippum II. Sedis Apostolicæ Nuntius novo huic Cardinali tonsuram contulit, eique in Fratrum Hieronymianorum Ecclesia præsentem Rege, totaque Aula consuetis solemnitatibus galerum imposuit. Hic idem Archidux Cardinalibus Diaconis sub titulo sanctæ Crucis in Jerusalem adscriptus vigesimo post anno Cardinalitiam dignitatem dimisit, atque Elisabetham, Claram, Eugeniam de Austria, Philippi II. Regis, ac Elisabethæ de Francia Filiam duxit, dotisque

tisque nomine Belgium Catholicæ Re- **Sæcul XVI.**  
ligioni addictum, necnon Burgundiæ **A.C.1577**  
Comitatum accepit.

§. C.

*Pauli Aretii Cardinalis obitus.*

Anno Domini millesimo quingentesi- **Ciacon. t. 3.**  
mo septuagesimo septimo tres Car- **pag. 1049. in**  
dinales e vivis excefferunt, quorum **Vittorel.**  
primus erat Paulus Aretius, seu Arez- **addit. Ciac.**  
zo natione Italus in Cajetana Diæcesi  
ex honesta familia natus, qui a primis  
infantiæ suæ annis jamjam præclara  
suæ probitatis specimina edebat, ac sem-  
per modestia, verecundia, & eximia  
erga pauperes charitate conspicuus e-  
rat: postquam vero juvenis Salerni, ac  
Bononiæ literis non segniter incubue-  
rat, ac humanioribus literis, Philoso-  
phiæ, & Theologiæ, linguarum quo-  
que peregrinarum, Græcæ præsertim  
notitia imbutus erat, legum quoque  
scientiæ operam dabat, in utroque jure  
Doctoris Lauream consecutus: subinde  
vero patronum caussarum egit tanta  
cum integritate, ac nominis celebri-  
tate, ut passim Doctor veritatis dice-  
retur, præcipue enim non minus ani-  
mo a quæstus aviditate alieno, quam  
morum probitate sua clarus erat: ni-  
hilominus hoc vitæ genus oppido per-  
tæsus, ac sua erga pietatem propen-

D d 4

sione

Sæcul. XVI  
A.C. 1577

*Aubery vie  
de Cardin.  
Attichii in  
hist. Card.*

fione incitatus anno ætatis suæ quadragésimo Neapoli Clericorum Regularium instituto nomen dedit, ac Scipionis cum Pauli nomine commutavit, posuitque tyrocinium cum Beato Andrea Avellino, quocum a Senatu Neapolitano in maximi momenti negotiis ad Philippum II. Hispaniæ Regem decernebatur, qua legatione adeo prospereungebatur, ut Rex Catholicus illum Insula Episcopali honorare pararet. verum ille hanc dignitatem constanter recusans tandem Pii V. jussu post Scotti Cardinalis mortem Placentinum Episcopatum acceptare cogebatur, ubi etiam coacta Synodo Tridentini Concilii decreta recipi præcepit: interfuit quoque tertiæ Mediolanensi Synodo a sancto Carolo celebratæ, simulque in supplicationibus eo, quod pestis ejus Diæcesin depopulabatur, tempore decretis sanctum hunc Cardinalem nudis pedibus comitabatur: denique anno reparatæ Salutis millesimo quingentesimo septuagesimo a Pio V. quamvis absens purpura Romana decoratus titulum sanctæ Pudencianæ obtinuit, die autem septima Julii anno centesimo Neapoli

§. Cl.



§. CI.

*Scipionis Rebibæ fata.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

Alter erat Scipio Rebiba Sículus in  
 vico inter Messanenſes montes ſito,  
 cui ſancti Marci nomen eſt, anno Chriſti  
 milleſimo quingenteſimo quarto natus.  
 Hic cum Panormi literarum notitia  
 animum inſtruxiſſet, Sacerdotio Eccle-  
 ſiæ B. Mariæ, quæ de Miraculis no-  
 men habet, relicto, Romam venit, at-  
 que a Joanne Petro Caraffa Cardinale  
 inter domeſticos receptus eſt, ubi ejus-  
 dem opera Protonotarius Apoſtolicus  
 primo, & mox Episcopus Mutilenſis in  
 Apullia renuntiatus, Neapolim ſe con-  
 tulit, ut Joannis Petri Cardinalis Ca-  
 raffæ Archiepiſcopi nomine ſacras fun-  
 ctiones obiret, & moderaretur. Is e-  
 rat vir doctus, & in rebus Eccleſiaſti-  
 cis apprime verſatus: propterea a Car-  
 dinale Caraffa, cum in Papam ſub  
 nomine Pauli IV. eligeretur, Romam  
 accerſebatur, ac primo urbanus Præ-  
 tor, moxque anno milleſimo quingen-  
 teſimo quinquageſimo quinto Cardinalis,  
 ac demum Piſanus Archiepiſcopus re-  
 nuntiabatur: anno autem ſequenti ab  
 eodem ſummo Pontifice Legatus a La-  
 tere in Belgium ad Philippum II. de-  
 cernebatur, attamen in itinere adhuc  
 conſtitutus ob bellum, quo Cæſarei Ita-

*Ciacon. t. 3.  
 pag. 894.  
 Aubery l. 6.  
 Onuphr. in  
 Paul. IV.  
 Summont.  
 in hiſt. Neap.*

Dd 5 liam

Sæcul. XVI. A. C. 1575. liam invadebant, revocatus Pisanum  
 Archiepiscopatum Florentiæ Ducis Fi-  
 lio cedit, Trojensem Ecclesiam in A-  
 pulia adeptus, simulque ad Constanti-  
 nopolitanum Patriarchatum nominatus:  
 ubi autem Imperator Pontifici recon-  
 ciliatus erat, ad Cæsaream suam Ma-  
 jestatem, & postea ad Poloniæ Regem  
 Legatus decernebatur, ante cujus re-  
 ditum Paulus IV. obierat, quo Ponti-  
 fice fatis functo Scipio a Pio IV. ejus-  
 dem Successore comprehendi, atque in  
 arce sancti Angeli includi jubebatur,  
 eo quod criminum, quæ Carassis impu-  
 tabantur, conscius crederetur: verum  
 comperta ejus innocentia ab eodem  
 Papa libertati redditus alium impetra-  
 vit tulum. Ceterum sedentibus Pio V.  
 & Gregorio XIII. Pontificibus Scipio  
 hæreticæ pravitatis Inquisitor, necnon  
 Sabinensis Episcopus creabatur, tan-  
 dem vero obtenta vix a Patrum Sena-  
 tibus se subducendi facultate feria ter-  
 tia die vigesima tertia Julii anno æta-  
 tis suæ septuagesimo tertio e vivis ex-  
 cessit, sepultusque fuit in Ecclesia Thea-  
 tinorum S. Sylvestri in monte Quirinali.

§. CII.

*Innocentii de Monte Cardinalis ex-  
 tremæ.*

Deni-

Denique tertius erat Innocentius de Monte, qui ignobili licet genere ortus, a Balduino tamen Julii III. Pontificis fratre, ut sanctitati suæ gratificaretur, adoptatus est; quippe huic Papæ percarus erat, cumque in illius domo simiæ cujusdam curam haberet, per ludibrium ob vile hoc munus Cardinalis *Simia* nuncupabatur: Julio autem III. ad Pontificatum evector Innocentius licentiosæ vitæ apprime deditus sese in omnium vitiorum cœnovolutabat, quapropter Cardinales hujus juvenis electionem summo Pontifici acerbis verbis exprobabant, eo quod purpuræ splendor tam indigno membro obfuscaretur, unde a Pio IV. omnibus suis beneficiis exutus in sancti Angeli arcem captus abstrahitur, a Pio V. autem ejus successore in Cænobio Cassini includitur: postea vero a Gregorio XIII. libertati redditus, Romanque venire jussus ibidem S. R. Ecclesiæ Diaconorum primas tulit: reliqui tamen Cardinales semper ab ejus consuetudine abhorrebant: denique hoc anno die tertia Novembris mortuus, noctuque in Ecclesia sancti Petri in Monte aureo sepultus est. Fuit Innocentius ultimus Abbas Commendatarius Cœnobii Morimundensis, nam Pius IV. Romanus Pontifex Abbatialem illum titulum, quo Innocentium

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

Ciacon. t. 3.  
pag. 759i  
Duchesne  
in hist.  
Pontif.

**Sæcul. XVI** centium anno millesimo quingentesimo  
**A.C. 1577.** sexagesimo primo spoliaverat, Monachis Cisterciensibus Congregationis Hebrusæ restituit eodem anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo primo.

## §. CIII.

*Petri Danesii Vaurenfis Episcopi mors.*

**Thuan. l. 64.** **H**oc item anno pariter Petrus Danesius Vaurenfis Episcopus Vir ævo suo celeberrimus obiit. Hic patria Parisinus ex clara familia, quæ adhuc dum Parisius floret, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo natus hebraicæ, græcæ, & latinæ linguæ peritia inclaruit, unde a Francisco I. Rege anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo in Collegio regio primus græci idiomatis Professor nominatus hoc munus quinque circiter annis obibat, cum tanto profectu, ut ex ejus schola intra exiguum hoc temporis spatium Viri inter illius temporis Doctores longe clarissimi prodirent: ipse vero postea in Italiam secessit, ibidemque præcipue Venetiis, ubi diutius hæsit, ingens sibi nomen comparavit, atque adhuc dum in Italia commorans latino sermone pro Francisco I. Galliarum Rege apologeticam vulgabat epistolam,

**Sanmarth.**  
**l. c. Et t. 3.**  
**Galli Christ.**

Sæcul XVI.  
A.C. 1577.

stolam, qua diluere nitebatur probra, quæ in hunc Regem Carolus V. Cæsar Romæ coram summo Pontifice, & Cardinalibus in pleno Senatu congregatis effundebat. Ceterum jam alibi celebravimus gloriam, quam sibi in Concilio Tridentino comparabat, hinc a Delphino in conscientiæ suæ Moderatorem seligebatur, ad ipsius etiam Parisinæ Universitatis emendationem eodem anno vocatus. Postea anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo ad Vaurensem Episcopatum post Georgii Salvæ Discipuli sui obitum nominatus vix Diæcesin suam ingrediebatur, cum illico non nisi Pastoralis suæ curæ officii totus insudaret, ac non modo suis sermonibus, sed etiam Catholicæ doctrinæ explicatione celebris assidue Altaris ministeria obibat, atque amplissimis elemosynis, omnique data occasione suum a quæstu animum prorsus alienum demonstrabat: demum senio gravis suum Episcopatum dimittere cogitabat, sibi que Gilbertum Genebrardum, qui cunctas veri Episcopi partes sibi soli vendicasse videbatur, successorem subrogari ab Henrico II. petebat, a quo etiam ultro hunc favorem obtinuit, reluctantibus licet secretioris Senatus Consiliariis, quorum nullus Genebrardum admit-

**Sæcul XVI.** **A.C. 1577.** **admittere volebat:** nihilominus Danesius in Blesensibus comitiis porrecto libello supplici suas preces Regi exponi rogabat, imo Clerici æque, ac Nobiles se ejusdem votis pro viribus suffragaturos pollicebantur, verum plebejus Ordo ceteris duobus Ordinibus accedere renuebat, quæsito obtentu, quod Danesii preces electionum restorationi in comitiis petitæ adversarentur: genuina tamen hujus repuliæ ratio erat, quod causidicorum factio Pibraco, cui hic Episcopatus erat promissus, tanta precum efficacia faveret, ut re ipsa etiam hanc Ecclesiam obtineret. Hæc cessio erat postrema Petri Danesii actio notatu digna: postmodum enim non nisi ægre animam inter diuturnos languores trahebat, tandem vero variis morbis consumptus die vigesima tertia Aprilis anno post Christum natum millesimo quingentesimo septuagesimo septimo mortalitatem exiit, sepultusque fuit in Abbatia sancti Germani de Prato, quo postremis vitæ suæ diebus secesserat. Defuncto Genebrardus discipulus oratione funebri eodem anno typis editæ parentabat. Danesius pauca admodum ingenii sui monumenta posteris reliquit, nonnulli tamen eidem tractatum latinum de ritibus

tibus Ecclesiæ adscribunt, qui tamen Sæcul. XVI.  
 verius Durante Præfidi attribuitur. A.C. 1577

§. CIV.

*Ludovici Andreæ Resendii Domini-  
 cani decessus.*

Ad eundem annum refertur obitus Lu- Thuan. l. 2.  
 dovici Andreæ Resendii Doctoris Nicol. Ant.  
 Lusitani, quem alii jam Anno a partu Bibl. Hisp.  
 Virginis millesimo quingentesimo se- Echard de  
 ptuagesimo tertio decessisse memorant. Script. Ord.  
 Is Eboræ natus, adolescens adhuc san- Præd. t. 2.  
 cti Dominici sodalibus se sociabat, ubi p. 221.  
 brevi magnam scientiæ famam sibi con-  
 ciliabat, artis poeticæ, eloquentiæ,  
 Theologiæ, necnon veteris historiæ no-  
 titia oppido clarus, ac postea Parisiis,  
 & Lovanii aliquamdiu literis operam  
 navans in hac postrema urbe arctissi-  
 mum amicitiae foedus cum Damiano de  
 Goes ejusdem patriæ sodali contraxit:  
 postquam vero in Lusitaniam reversus  
 erat, Joannes III. Rex eidem ambos  
 suos fratres Alphonsum, & Henricum  
 instituendos commiserat, quorum pri-  
 mus jam anno Incarnationis Dominicæ  
 millesimo quingentesimo trigesimo pri-  
 mo, alter veropostea Cardinalium numero  
 adscriptus fuerat; Henricus tamen ob-  
 eunte Sebastiano juvene Rege sceptrum  
 obtinuit. Porro Joannes III. eodem  
 tempore a Papa facultatem impetrabat,  
 ut

Sæcul. XVI  
A. C. 1577.

ut Resendus dimisso Ordinis habitu beneficia possidere valeret, ubi mox in Eborensi Ecclesia Canonicatum adeptus est: ceterum ab Henrico Regis Filio tanti habebatur, ut absque ejus confortio esse nollet, illiusque mortem non sine maximo animi sui luctu perciperet: obierat enim paulo post gravi senio confectus: nihilominus Eboræ apud Dominicanos, quos semper tanquam fratres suos venerabatur, terræ mandari voluit. Porro inter ejus libros reperitur tractatus de Eboræ antiquitatibus ab Andrea Schotto latine redditus, præter diversa poemata, historicas epistolas, & sermones. Scripsit etiam *narrationem rerum gestarum in India a Lusitanis anno millesimo quingentesimo trigesimo*: præterea vulgavit tractatum de *pace Julia*, duos libros de *Aquæductibus*, & vitam Beati Ægidii Sacerdotensis: insuper circa annum a Christi nativitate millesimum quingentesimum sexagesimum quintum edidit Breviarium Eborense recognitum, anno autem sequenti cujusdam Provincialis Synodi Ulyssipone celebratæ decreta in ordinem redegit. Hujus Scriptoris vitam Jacobus Menesius Vasconulus descriptam ad nos transmisit.

S. CV.



§. CV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

*Didacus Covarruvias mortuus.*

Die vigesima septima Septembris ejusdem anni Didacus Covarruvias Madriti animam Deo reddidit. Hic Toleti natus unacum Fratre suo Antonio Toletano Canonico Salmanticæ confecto studiorum curriculo inter Hispanos tam canonicæ, quam civilis juris prudentiæ peritia ingens sibi nomen comparabat; exiguo enim temporis spatio in decretorum studio tam uberes fecerat profectus, ut in eadem Salmanticensi Univerſitate juvenis adhuc jus Pontificium tradere juberetur, ac progressu temporis Burgis Prætor urbanus, necnon Granatensis Curix Conſiliarius nominaretur, ubi etiam ob prudentiæ, ac probitatis eminentiam maximi habebatur: Anno autem Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quadagesimo nono a Carolo V. Cæsare in America Episcopus in Insula Sancti Dominici nominatus hanc quidem dignitatem acceptare recusabat: ast anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono haud amplius resistere poterat Philippo II. Regi, a quo Rodeſicopolitanum Episcopatum acceptare compulsus, die vigesima octava Aprilis sequenti anno inauguratus est, eo-

*Thu. l. 64.  
Morales l.  
antig. Hisp.  
Miræus de  
Script. sæc.  
XVI.  
Nicol. Ant.  
l. c.*

*Hist. Eccles. Tom. XLIX. Ee dem*

**Sæcul. XVI.** dem autem adhuc anno ad emendan-  
**A. C. 1577.** dam Salmanticensem Universitatem de-  
 putatus decreta oppido salutaria con-  
 siderat: quo munere egregie functus,  
 ad Concilium Tridentinum mittebatur,  
 ubi suæ integritatis, probitatisque adeo  
 præclara edebat specimina, ut reforma-  
 tionis decreta instruendi provincia ei-  
 dem demandaretur: porro ob profun-  
 dam juris cognitionem vulgo nomina-  
 batur *Bartolus Hispanus*. Demum anno  
 restauratæ salutis millesimo quingente-  
 simo sexagesimo quarto in Hispaniam  
 reversus a Philippo II. ad Segoviensem  
 Episcopatum nominatus Pastoralis cu-  
 ræ officia dignissime obibat, hinc mor-  
 tuo Spinosa Cardinale ab eodem Rege  
 selectus præfato Cardinali in munere  
 Præsidis apud Castellæ Senatum suc-  
 cesserat, paulo post vero a Pio IV. Pa-  
 pa Complutum contendere jubebatur,  
 ut in vitam, & miracula Beati Didaci,  
 quem Philippus Rex Beatorum albo in-  
 feri cupiebat, inquireret: denique ad  
 Conchanum Episcopatum vix nomina-  
 tus hujus Ecclesiæ possessionem acci-  
 pere, mortis invidia præpediebatur;  
 quippe expletis vitæ suæ sexaginta  
 quinque annis, ac duobus Mensibus  
 mortalitatem exuit, locupletissimam vero  
 Bibliothecam suam Collegio Sancti Sal-  
 vatoris testamento legabat: porro cor-  
 pus

pus ejus Segobiam translatum est, ibi- Sæcul. XVI.  
dem terræ mandandum. Ceterum o- A.C. 1577.  
mnia hujus Scriptoris opera in duobus  
voluminibus typis excusa prodire.

§. CVI.

*Continuatum Sancti Caroli studium  
durante pestilentia,*

Interea Sanctus Carolus identidem no-  
va suæ pietatis, charitatisque speci-  
mina edebat; cum enim grassantis pe-  
stilentia violentia continuo illius Diæ-  
cesim ingenti strage devastaret, non mo-  
do cuncta bona sua, sed ipsam etiam vi-  
tam pro gregis sui salute impendere pa-  
ratus erat, ac ferme semper insomnis,  
vel si somnum capere necessitas suade-  
ret, nonnisi in quadam sella, vel nu-  
do affere fessis membris quietem indul-  
gebat, atque in publica etiam platea  
equo insidens, ne tempus suæ sollici-  
tudini præriperet, cibum sumebat: cum  
vero singulis ferme momentis sese mortis  
periculo exponeret, incertus rumor eum  
decesisse spargebat, imo hæc fama adeo  
late sese per universam Provinciam dif-  
fundebat, ut nonnulli Antifrites jam-  
jam pro illius anima exequias celebra-  
rent, ac ipsemet Mediolanensis popu-  
lus hisce rumoribus fidem adhibens  
tam acerbo cruciaretur dolore, ut fan-

*Giuffano vie  
de S. Char-  
les l. 4. c. 10.*

Sæcul XVI  
A.C. 1577.

ctus hic Præful re comperta ad solandas prædilectas oves suas quantocius e visitationibus suis reverteretur, ubi non sine ingenti animi sui jubilo populum suum adeo obsequentem experiebatur, ut omnes eo etiam absente pietatis exercitia, quæ eis præscripserat, fideliter exercerent: cum autem idem sanctus Præful anni sacri festivitatem a Gregorio XIII. Papa pro universa Italia concessam ad initium hujus anni post Christum natum millesimi quingentesimi septuagesimi septimi distulisset, nunc sacrum hoc tempus veræ penitentiae affectu celebrabat, ac communibus, publicisque supplicationibus, quæ instituebantur, ipsemet interfuit, nudisque pedibus incedens eodem habitu vestitus erat, quo in aliis supplicationibus tempore pestis antea habitis utebatur: cum vero contagionis vehementia non nihil flaccescere inciperet, Sanctus Archipræful universam urbem, ac Diæcesin lustrare, cunctasque ædes solemni precatione sacrare statuit, hancque in rem Pastoralem epistolam zelo vere Apostolico plenam divulgans cunctis suis Diæcesanis testatum reddidit, quod pro gregis sui salute, perinde ac si pro suis ovibus hucusque nihil laborasset, sese totum mancipare, ac totis suis viribus conari vellet, ut peccati regnum de-

destruatur, ac charitatis folium in illis  
stabiliatur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577.

Denique peste omnino cessante Deo publicas gratiarum laudes exsolvi præcepit, tresque jejunii dies, totidemque publicas variis in Ecclesiis supplicationes indicens omnes Mediolanenses hortabatur, ut in sacro tribuuali expiatis noxis suis sacram Synaxin ea reciperent devotione, quæ ad dignam ejusmodi gratiarum actionem Deo exsolvendam necessaria videretur: insuper in Ecclesia Cathedrali pro iis, qui calamitoso hoc tempore e vivis excefferant, ac pro quibus hucusque figillatim preces effundi haud poterant, tria exequiarum officia peragi jussit, eademque pietatis obsequia defunctis postea in Parochiis, & Regularium Ecclesiis cum insolita prorsus devotione deferebantur.

Ceterum cum Mediolanensis Ecclesia juxta Divi Ambrosii ritum nonnisi prima Dominica jejunio verno initium dare solet, atque per corruptelam vix tolerandam eadem dominica dies adeo non sacris exercitiis dicaretur, ut potius voluptatibus, & spectaculis passim profanaretur, proin re ipsa jejunium nonnisi sequenti feria secunda inchoaretur, hinc Sanctus Carolus hanc profanationem abolere statuens præprimis Clerum suum eo inducebat, ut is quadra-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1577. gesimalem abstinenciam ipsa hac prima  
Dominica die inciperet, tam prospero  
successu, ut mox Laici pium hoc Cle-  
ricorum exemplum sequerentur, utque  
Sanctus Carolus sacrum hunc usum  
omnino stabilem, ac perennem redde-  
ret, hac de re edictum promulgavit  
postea in quodam provinciali Concilio  
confirmatum. Ab illo temporis ar-  
ticulo jam prima die dominica quadra-  
gesimale jejunium Mediolani inchoa-  
tur, atque ad triginta sex dies pro-  
trahitur: verum quantumvis Sanctus  
hic Archiepiscopus sua agendi ratione,  
quam universa Europa non sine summa  
admiratione deprædicabat, ingentem  
sanctitatis famam sibi conciliasset, ni-  
hilominus Deo illum adhuc exercitare  
placuit novis vexationibus, quas huic  
sancto Viro iidem inferebant, qui tamen  
ob maxima beneficia eidem plurimis  
titulis obstricti erant.

## §. CVII.

*Lites circa jurisdictionem Ecclesiasti-  
cam rursus contra Sanctum Caro-  
lum motæ.*

*Giuss. l. 5.*  
*c. 5.*  
*Carol. Bas-*  
*gap. & Ri-*  
*pamont. in*  
*vita S. Car.* Vix pestis violentia penitus erat extin-  
cta, cum illico novus Mediolanen-  
sium Gubernator, qui Ludovico Reque-  
senio successerat, pristinam controver-  
siam a duobus illius Prædecessoribus  
agi-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1577.

agitata circa Jurisdictionem Ecclesiam denuo innovaret; jam enim primo sui regiminis anno in sanctum hunc Virum indignationem concipiebat, tum ob anathematis pœnam contra suum prædecessorem vibratam, tum propter exprobationem, quam subire cogebatur, eo quod grassante lue populum deseruisset, cum tamen eo tempore Gubernatoris præsentia oppido necessaria fuisset: huic quoque accesserant duo præcipui Senatores, quos Sanctus Borromæus ob vitæ suæ licentiam acrius increpabat: ergo hi tres una omnes Romanam quemdam Doctorem Carolo pessime affectum ablegant, ut eorum querelas contra Sanctum Archiepiscopum ad Sacram Sedem deferret: præcipua vero accusationum capita erant sequentia: I. Carolus Archiepiscopus Ecclesiasticos ab obedientia, quam Magistratus decretis circa politicum regimen, urbisque tranquillitatem latis debent, tempore pestis eximere attentabat. II. Periculosas novitates introduxit. III. Publicos ludos, choreas, & spectacula abrogavit. IV. Veterem prima quadragesimæ Dominica carnibus vescendi conuetudinem abolevit, quamvis Mediolanensi urbi diuturna hujus usus possessio suffragaretur, vi cujus eadem dies adhuc inter bachanalitia festa semper re-

**Sæculi XVI****A. C. 1577**

censebatur, ita, ut jejunii verni tempus a sequenti feria secunda inchoaretur. Insuper Gubernator nullum non movebat lapidem, ut etiam Religiosos adversus sanctum Præsulem concitaret, eoquod in sua urbe, ac Diœcesi in variis Conventibus pristinum vitæ rigorem revocasset, ac propterea quorundam regularium odium sibi accersivisset.

Pariter nonnulli Magistratus, quos Gubernator ad sua pertraxerat studia, suas quoque querelas adversus sanctum Carolum ad Hispaniæ Regem deferabant, illumque traducebant, veluti Virum ambitiosum, ac temerarium, qui omni data occasione regiam jurisdictionem labefactare, atque regiæ auctoritati insidiari moliretur. Enimvero horum fraudibus ipsa etiam Regis Catholici religio circumveniebatur, eoquod Rex jamjam in mandatis dedisset, ut quidam sancti hujus Præsulis Ministræ caperentur, atque Episcopalis jurisdictionis munia exercere prohiberentur, quinimo contra ipsum Archipræsulem famosi divulgabantur libelli injuriis, ac calumniis scatentes, quibus etiam sancti Caroli Parentes, amici, pluresque Viri alias pietatis studiosi præprimis iracitati erant ob sparsum rumorem, quod Regis indignationem incurrisset,

hinc



hinc eidem timorem injicere tentabant : **Sæcul. XVI.**  
 verum Sanctus Carolus inter medias sæ- **A. C. 1577.**  
 væ hujus tempestatis procellas semper  
 animi sui serenitatem conservabat, unice contentus, quod rectæ mentis suæ  
 testem haberet Deum, a quo sibi hanc calamitatem immitti credebat: quapropter calumniis, suorumque hostium insultibus nil nisi faustas preces opponere statuit: cum vero hominum nequitiam Christiana hac patientia abusuram intelligeret, quemdam probatæ fidei Virum, qui Papam, & Regem de tota rei serie edoceret, Romam, necnon in Hispaniam decernere, suarum partium esse censuit. Hac provincia Carolus Baskapus ejus vitæ Historicus, ac postea Novarrensis Episcopus integra fide fungebatur; quippe summus Pontifex hæc querelas adeo flocci pendebat, ut cuncta accusationum capita ad ipsum Sanctum Archipræsulem remitteret; hic vero de his nequidem mentionem fecit, minus ullum indignationis signum edidit, unice ad Pontificem rescribens, quod summas rependeret grates pro paterna illius sollicitudine, qua ipsius famam tueri, suumque affectum erga ipsum novo specimine testatum reddere voluit.

Sæcul. XVI.

S. CVIII.

A.C. 1577.

Initia Fulienfis Congregationis a Joanne Barriero erectæ.

*Thref. chron.*  
*Et hift. de D.*  
*Pierre de S.*  
*Romuald*  
*Fenilland t.*  
3. p. 679.

Hoc anno die fecunda Maji Ordinis sancti Bernardi reformatio sub nomine Fulienfis Congregationis Beatiffimæ Virginis, & Sancti Bernardi de Pœnitentia fuum initium habuit, opitulante Joanne Barriero, qui Anno Domini millesimo quingentefimo quadragesimo quarto in Turrenensis Vice-Comitatus oppido Sancti Serii natus, Fulienfis Abbas in Rivienfi Diœcefi erat. Hic anno Christi millesimo quingentefimo sexagesimo quinto accepta hujus beneficii poffefione, ut ibidem ftudio- rum, quæ Burdegalæ, & Tholofæ inceperat, curriculum emetiretur, Lutetiam Parisiorum contendit, ad quam urbem adspirantis fortunæ beneficio comitabatur percelebrem Arnaldum Olfatum, qui ibidem Paulo Fuxienfi Tolofano Archiepifcopo, ac pofttea Cardinali a fecretis erat: porro cum pio fuam Abbatiam emendandi, feque novæ reformationis primum executorem exhibendi propofito unice intentus effet, hinc jam a longo tempore nonnifi quædam legumina modico fale, atque aceto condita comedere, ab ipfo etiam pane, & vino abftinere, humique cubare affueverat.

verat, ac primo quidem plurimos ex  
 senioribus hujus Abbatix Religiosis ex-  
 periebatur, qui huic reformandi deside-  
 rio obsistebant, illumque unaomnes de-  
 ferebant, quinimo quatuor omnino præ-  
 terlapsi sunt anni, quin vel ullum, qui  
 vitam austeram ab eo adoptatam am-  
 plecteretur, discipulum sibi conciliare  
 posset: nec hic steterere adversantium  
 molimina; quippe etiam apud genera-  
 lia Cisterciensium comitia acculabatur,  
 ubi tamen cum tanta animi demissione  
 sese purgabat, ut divini auxilii uber-  
 tas novo ejus Instituto aperte favere in-  
 ciperet, quamvis illud nonnisi nono post  
 anno confirmatum esset: interea Arnal-  
 dus Offatus Joannem in suo hanc refor-  
 mationem urgendi proposito confirma-  
 bat, eidem dissuadens, ut in cujusdam  
 sylvæ speluncis delitesceret, prout jam  
 dudum animo constituerat.

## §. CIX.

*Libellus supplex a Facultate Regi por-  
 rectus contra Calvinistas.*

Cum Calvinistæ libertatem conscien-  
 tiæ sibi indulgeri, ac suam sectam  
 publice profitendi licentiam concedi,  
 audacter postularent, horum temeritas  
 Parisinam Universitatem animabat, ut  
 die septima Septembris conventu apud  
 Mathurinos habito deliberaret, an li-  
 bello

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1577.

*Argentre  
 Collect. Jud.  
 t. 2. p. 449.*

**Sæcul. XVI** bello supplici porrecto tandem Regi sup-  
**A.C 1578.** plicaret, ut tunc, si cum spurixæ refor-  
 mationis sectatoribus, prout fama spar-  
 gebat, pacta inire necesse foret, saltem  
 hæc clausula adjiceretur, quod ejus-  
 modi pacta minime firmarentur, nisi  
 adjuncta hac conditione, vi cujus Rex  
 in Parisina urbe, totaque Franciæ In-  
 sula proscrip̄ta omni alia secta unice  
 tam publicum, quam privatum Reli-  
 gionis Catholicæ exercitium stabiliret,  
 hacque in re vicinarum Picardiæ, &  
 Normanix Provinciarum exemplum se-  
 queretur, quibus Rex eandem gratiam  
 concesserat. Ergo communi consensu  
 id a Rege esse petendum decernitur,  
 hocque tenore supplex libellus confici-  
 tur, ut vero is benevola mente excipe-  
 retur, sequenti feria tertia in Ecclesia  
 Sancti Martini de campis solemnis de-  
 cernebatur supplicatio, qua necessarium  
 Dei auxilium imploraretur.

## §. CX.

*Henricus olim Cardinalis in Lusitanix  
 Regem proclamatus.*

**C**um Sebastianus Lusitanix Rex in-  
 eunte anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo octavo in Afri-  
 cano prælio occumberet, mox quatuor  
 Gubernatores. quibus eo absente totius  
 regni cura fuerat demandata, mortis  
 num.

nuntio Ulyssipone accepto, de funesto hoc casu Henricum Cardinalem certiorē reddebant. Hic Aulæ tumultus pertæsus ad Alcobatiense Monasterium secessit, quamvis Emanuelis Lusitani Regis, & Mariæ Castellanae Filius proin defuncti Regis Patruus, ac legitimus regni hæres esset: quamprimum vero Sebastiani obitum compererat, ad Lusitaniæ Metropolin contendit, ubi omnes ingenti mærore pene consumpti videbantur: mox tamen Henricus solemnī ritu in Regem inaugurabatur; cum vero Ecclesiasticum statum profiteretur, ac Eborensis Archiepiscopus, & Cardinalis, atque aliunde jamjam sexaginta sex annos natus esset, hinc ejusdem regni Competitores quisque pro se factiones conciliare incæperant: adspirabant autem ad idem diadema præprimis Philippus II. Hispaniæ Rex, Philibertus Emanuel Sabaudia Dux, Rainutius Farnesius Dux Parmensis, Catharina Bragantiæ Ducis conjux, Antonius Cratensis Prior, spurius ejusdem Ducis Filius, Ludovicus Pax-Julienſis Dux Henrici Frater, qui licet Cardinali oppido exosus, dextre tamen populi affectum sibi conciliabat: insuper de eodem regno contendebat Catharina Medicæa Henrici III. Franciæ Regis Mater, quæ tamen jus suum altius re-

Sæcul. XVI.  
A C. 1578.

Sæcul. XVI. repetens, illud ab ipsis etiam Sancti  
 A.C. 1578. II. Lusitanæ Regis temporibus dedu-  
 cere nitebatur: denique Gregorius XIII.  
 Papa ad Lusitanæ sceptrum aspirabat,  
 cum hoc regnum Sedis Apostolicæ seu-  
 dum esset, ac Cardinalium spolia Eccle-  
 siæ Romanæ relinquere oporteret.

## §. CXI.

*Continuatum Belgii bellum ac Diploma  
 ad Joannem Austriacum a Papa  
 transmissum.*

Thu. l. 66.  
 Spond. hoc  
 ann. n. I.

Philippus II, cum interea regnum  
 suum Lusitano diademate augendi  
 spe detineretur, haud parum terreba-  
 tur ob ingentes armorum progressus,  
 quibus foederati singulis annis novas  
 eidem urbes eripiebant: quapropter in-  
 eunte hoc anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo octavo utrinque  
 maximi armorum apparatus instrue-  
 bantur, ac præprimis Joannes Austria-  
 cus collectis omnibus viribus suis co-  
 pias in aciem educere parabat: hæc  
 cum interim gererentur, idem a sum-  
 mo Pontifice diploma recepit, quo tam  
 ipse, quam omnes, qui ejus castra se-  
 querentur, plenam suorum peccatorum  
 condonationem a Papa receperunt, ad-  
 jectis tamen quibusdam conditionibus.  
 Sub idem tempus Alexander Farnesius  
 Octavii Parmensis Ducis, & Margari-  
 tæ,

Sæcul. XVI.  
A. C. 1578.

tæ, quæ ejusdem Joannis Soror erat, Filius plura Hispanorum vexilla, quæ ex Longobardia contrahebantur, ad eundem Joannem Austriacum adducebat; hic ergo hisce suppetiis fretus fœderatos data quacunque occasione invadere decreverat, cum ergo illos Gemblaci, quo sua impedimenta jamjam præmiserant, substitutos intelligeret, eo destinabat Mansfeldium Comitem, & Octavium Gonzagam unacum duobus equitum millibus, quorum subsidio Namurcum caperetur, hostisque in itinere interceptus ad pugnam provocari posset. Hujus concilii executioni suffragabatur etiam Parmensis Dux, unde victoriam de hostibus reportabat Joannes Austriacus, dum fœderatorum copias strenue profligavit, cæsis eorum tribus millibus, captisque quamplurimis.

## §. CXII.

*Protestantes Amstellodami recepti, eorumque crudelitates.*

Prosper hic armorum successus nonnihil Amstellodamensis urbis jacturam imminuebat; quippe hæc urbs die secunda Februarii Arausionensi Principi sese dederat, pactis hisce conditionibus l. Protestantibus extra urbem convenire, & intra urbem in loco profano

Thu. l. 66.  
Strada l. 10.

Sæcul. XVI. fano fuorum cadavera humo mandare  
A.C. 1578. liceat. II. Sex præfidiariorum cohortes a civibus dimittantur. III. Aliæ ad quadringentos, aut quingentos a Præfectis civitatis conscribantur. IV. Saggiatariorum collegia instaurentur. His conditionibus Amstellodamum admitti quidem fuere Protestantes: verum vix urbem ingrediuntur, cum illico in Franciscanos, ac Sacerdotes urbis arma capiunt, eosque urbe excedere compellunt: tum effuso furore per templa graffantur, statuis passim, & sacris imaginibus dejectis omnem priscum cultum, quamdiu bellum duraret, abolent, ac Sanctissimum Sacramentum pedibus conculcant, & penitus Religionis Catholicæ ritus eliminant, falso justificantes, quod ad conservandam tranquillitatem publicam ejusmodi sacrilega agendi ratio necessaria esset. Verum hac immanitate Arausionensis Princeps pene innumeros hostes sibi accersebat, sibi que postea maximum nocumentum attrahebat.

## §. CXIII.

*Alençonii Dux per Deputatos a se missos Belgii Ordinibus auxilia promittens.*

Postea



Postea cum victoriæ a Joanne Austria-  
 co reportatæ fama undique diffun-  
 deretur, mox Franciscus Alenfonii Dux  
 unicus Regis Frater, qui jam pridem  
 Belgio inhiabat, protinus ad Ordines  
 Fugerum mittit cum mandatis, qui-  
 bus se, suamque operam, & opes pro-  
 lixe deferebat: equidem hoc obsequium  
 Ordines grato animo excipientes, Du-  
 cis Deputato injungebant, ut Alenfo-  
 nio Duci referret, eundem rem gratam  
 ipsis facturum, si legatos, quibuscum  
 juncta opera consulerent, mitteret. Ita-  
 que missi protinus Antonius Sillius Ru-  
 pipotii Comes, & Rochus Sorbeus Pru-  
 neus, qui cum Belgii Ordinibus circa  
 quosdam articulos convenere. Demum  
 Dux ad illos octo peditum millia præ-  
 ter mille Nobiles voluntariam militiam  
 professos submittebat, qui tamen sæva  
 ubique grassabantur licentia. Denique  
 diploma edidit Alenfonius, quo ratio-  
 nes, quibus ad arma in Belgarum fa-  
 vorem sumenda permotus fuerat, com-  
 mentus exponebat: verum ob impro-  
 bam hanc agendi rationem Philippus  
 Hispaniæ Rex vehementer querebatur  
 apud Henricum III. Franciæ Regem,  
 qui tamen eidem rescripsit, quod ejus  
 Frater sui juris esset, nec sibi integ-  
 rum foret, illum comprehendere.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1578.

Thuan. l. 6.  
 Spond. n. 2.

Sæcul XVI.

A.C. 1578

§. CXIV.

*Belgii Ordines suam rebellionem edito diplomate circa religionem excusantes.*

Imperator cum hoc bellum non minus diuturnum, quam forte Hispanicæ Monarchiæ funestum fore prævideret, inter contendentes pacem conciliare nitentur, quam in rem Swarzburgico Comiti injunxit, ut in Flandriam contendens totam rei conditionem sedulo discuteret: hic vero præprimis duo urgebat, ut nimirum restaurandæ Religionis Catholicæ, atque obsequii regiæ auctoritati debiti rationem haberent: inde ergo captata occasione Ordinum Proceres se purgare nitebantur, edito prolixo quodam scripto, cujus summa hæc erat: „Ad utrumque caput „abunde satisfacimus juxta articulos „pacificationis Gandavensis, quæ in religionis bonum facta fuit, eamque nihil „in se pietati veræ contrarium continere, sed summe orthodoxam esse doctrinam, „sive quique Lovaniensis Universitatis „Theologi affirmarunt: illam quoque „Joannes Austriacus ratam habuit, ac „ipsemet Hispanicæ Rex nuperrime confirmavit: nihilominus ambitione Austriaci Belgium in miseram servitutem „redigere satagentis, & improbitate Hi-

„spa-

„spanorum, qui penes ipsum sunt, ef-  
 „fectum est, ut remedium optimum in  
 „tempore tum gravi malo adhibitum  
 „nihil profuerit: interim tamen nos  
 „officio nostro defuncti sumus: eapro-  
 „pter Mathiam Archiducem evocavi-  
 „mus, ac per supplices libellos deinde  
 „a Rege postulavimus, ut eum Religio-  
 „nis antiquæ perstudiosum auctoritate  
 „sua Governatorem creare, aliumve Or-  
 „dinibus gratum in ipsius locum substi-  
 „tuere dignaretur: sed surdas, & ad  
 „tam justas supplicationes ab immani-  
 „bus Belgii hostibus aures ejus obstru-  
 „ctas reperimus, quamquam amicorum  
 „Principum, & Lusitanix Regis inpri-  
 „mis commendationem imploraverimus:  
 „nunc autem novo commento nostris  
 „supplicationibus illusum cernimus,  
 „nam cum datis submissis obsequii supe-  
 „riore anno ad Regem literis juxta pa-  
 „cta Gandavensia quieti publicæ consuli  
 „peteremus, Sellius cum regiis literis  
 „vix tandem post semestre ex Hispania  
 „rediit, quibus tamen ad nostrorum Or-  
 „dinum postulata respondebatur, ac si  
 „illi suis literis promiserint, ipsos Ca-  
 „tholicam Romanam Religionem in eo  
 „statu per Belgium restitutos, quo  
 „Caroli V. tempore fuit: id tamen pe-  
 „nitus cum pacificatione a Rege confir-  
 „mata pugnat., Eodem tempore Or-  
 „dines

Sæcul. XVI.

A. C. 1578.

Ff 2

Sæcul. XVI. A.C. 1578. dines Antverpiæ, ut dictis fidem facerent, suamque sinceritatem testatam redderent, novam constitutionem promulgabant die vigesimo primo Aprilis, qua denuo Gandavenis pacificationis observatio sancitur, singulis in eam iurando adactis, prohibeturque, ne quis cum hoste commercia habeat, nec in concionibus, sermonibusve offensivis plenas voces, aut convitia in Mathiam, Araucionensem, Ordinumque Proceres jaciatur: mandabatur insuper juris Præfectis, ut in eos, qui extra Hollandiam, ac Zelandiam aliquid contra Religionem Catholicam & Apostolico-Romanam attentaverint, aut in ejus offensionem quidquam moliti fuerint, juris rigore, & executione utantur: verum hoc decretum haud quamquam prosperum successum fortiri poterat, eo quod Protestantium numerus longe prævaleret.

## §. CXV.

*Religiosi quibusdam Ordinum edictis oblitantes.*

*Thuan. l. c.* His ita peractis Ordines quantocius Clericos convocabant, eosque Sacramento adigere nitebantur, ut nuperum Gandavenis pacificationis edictum in usum deducerent: equidem omnes Belgii Præsules haud cunctanter

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

ter hoc iuramentum præstitere: Jesuitæ tamen, cum fidem suam ita obstringere omnino renuerent, die decima octava Maji Antverpia ejecti sunt, navigiis Mechliniam advecti, inde vero Joannis Austriaci jussu Lovanium translati sunt. Recusabant etiam idipsum ab initio Franciscani, sed a sacro Ordine persuasi ex iis viginti Sacramentum dicunt: novendecim vero, qui animum contra id obfirmaverunt, & in iis Coenobii custos, extra urbem relegantur: cum autem fremeret plebs, & universos exturbandos seditiose clamaret, comprehensis duobus seditiosis, qui arma quasi in coenobium vim facturi sumperant, & iis extremo supplicio affectis tumultus quievit.

Postea propter acres sermones Cornelii Adriani, qui cum aliis Franciscanis sese decreto subjecerat, necnon ob quorundam Fratrum, quos Laicos vocant, accusationes rursus in eos odium Magistratus adeo recruduit, ut in horum Religiosorum vitam inquiri juberet, ubi iidem multis propterea injuriis afficiebantur; quippe eorum plures de multis criminibus insimulabantur. ac illorum tres ad ignem damuati, & totidem per urbis compita virgis cædebantur.

Sæcul. XVI.

§. CXVI.

A.C. 1578.

Sectæ suæ libertas Protestantibus per  
Ordinum edictum indulta.

*Thuan. l. 66* Cum exteræ copiæ nonnisi ex Lutheranis, & Calvinistis conflatæ, propius accederent, Arausionensis Princeps inde capta occasione Ordines eo adigere statuit, ut in universo Belgio hæresin profitendi libertatem concederent: quam in rem Protestantes jam die vigesima secunda Junii supplicem porrigebant libellum, in quo causas, ob quas a Romana Ecclesia defecissent, allegabant, multisque rationibus ostendere conabantur, duas Religiones diversas in eadem provincia citra civilis concordie dispendium tolerari posse: porro id primorum Christianorum, & Imperatorum quatuor in primis exemplo, qui nostro ævo in Germania eam libertatem protestantibus concesserunt, comprobare nitebantur, adducentes exemplum Franciæ, Poloniæ, Turcarum Principis, Regis Marochensis, & Pontificis ipsius, qui Judæorum Synagogas Romæ tolerare cogitur: cum vero ad hunc libellum ordines responsum ob negotii difficultatem distulissent, illi rursus die septima Julii alterum offerunt, novisque conditionibus omnem securitatem Catholicis, & sacro Ordini polli-

pollicentur, caventque, se nihil in publi-  
cæ quietis præjudicium molituros.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1578.

Cum ergo Ordines eorum propositionibus faciles aures præberent, editum, quo Belgis conscientię libertas concedebatur, Antverpię die duodecima Julii fuit promulgatum, adjectis tamen hisce conditionibus. I. Hęc libertas duntaxat in illis civitatibus, quę ea frui voluerint, locum habeat. II. Cuilibet liberum sit, hac in re facere, quicquid sibi bene visum fuerit. III. Hollandi, & Zellandi contra Religionem Catholicam quicquam moliri prohibeantur. Attamen hoc edictum pacis consilia, quę Imperator agitabat, suo successu frustrabatur, ac simul diffidia inter Belgas adeo augebat, ut tertia rebellium factio inde exurgeret.

Insuper juxta hoc edictum Antverpię, Bruxellis, Mechlinię, Bergis, Bredę, Lirę, Burgis, & Ipris, in Frisia vero passim, & in Geldria Protestantibus tam Lutheranis, quam Zwinglianis, & Calvinistis Templata fuere attributa: equidem Campaniacus Granvelli Cardinalis Frater ab hac concessione Bruxellensem urbem, eoquod regia Principum Sedes esset, eximi petebat, tumultuante tamen plebe nihil impetrari potuit, & Campaniacus, quamvis de patria multis egregie fa-

Ff 4 ctis

Sæcul. XVI.  
A. C. 1578.

ctis optime meritis in suspensionem apud seditiosos adducebatur, quod cum Granvellano Cardinale fratre suo consilia communicaret, quapropter Menſe Augusto cum aliis in vincula conjicitur, & postea Gandavum captivus advehitur, prorsus indigne habitus.

## §. CXVII.

*Deputati pro vindicando hoc edicto ad Papam ab Ordinibus ablegati.*

*Thuan. l. c.* **O**rdinum Proceres cum probe prospicerent, quod suo edicto ingens sibi Catholicorum odium accerlerent, hinc ad Papam ablegabant Elbertum Leonium juris Scientia, & insigni prudentia clarum, qui causam Belgarum apud Pontificem tueretur, periculumque, quod ab obstinata Hispanorum pervicacia Belgio, & Religioni imminebat, multis verbis exponeret: verum hic Deputatus Romæ minus benigne excipiebatur, eo quod summus Pontifex constanter heroica Joannis Austriaci facta tueretur: postquam vero idem Joannes ab illis Principum Ministris, qui cum plena agendi facultate ablegati erant, eo adigebatur, ut quasdam acceptaret conditiones, per quas rerum ad Religionem spectantium decisio ad generalem conven-



ventum remittenda foret, Joannes omnino nullas conditiones admittere voluit, nisi iis legibus prius acceptatis, ut Religio nova in Belgio non reciperetur, atque Ordines præprimis arma deponerent, & Araufionensis Princeps in Hollandiam secederet. Ceterum has leges Joannes provide præscribebat, cum sciret, quod pecunia deficiente stipendia ab Ordinibus conductio militi diu exsolvi non possent, hacque ratione eos diuturnitate belli, & affectata mora exhauriret.

## §. CXVIII.

*Dissidia inter Belgii populos.*

Interea Hannonii, atque Arthesienses, cum Lutheri, ac Calvinii hæreses suis Provinciis violata etiam fide ipsi data intrudi ægerrime ferrent, suam indignationum satis testatam redderant, cum subsidia ad alendas hæreticorum copias necessaria subministrare recusarent: econtra Gandavenfes adversus Wallonum Provincias irritati ad stipendia Germanis numeranda pecunias mutuo dabant, ac vi hos milites ex Hannonia, & Arthesia evocare moliebantur. Sub idem quoque tempus Hannonii, atque Arthesienses sumptis armis Flandriam invadebant, & occupata Menona urbe per universam Re-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

Sæcul. XVI. gionem latius excurrebant, ubi postea  
 A.C. 1578. assumpto *Male-contentorum* nomine no-  
 vam conflagant factionem eorum, qui  
 nec Joanni Austriaco adhærerent, nec  
 se Ordinibus conjungerent: hi vero se se  
 Regi, ac Religioni fideles nominabant,  
 palam professi, quod a concepto pro-  
 posito nunquam resilire vellent, unde  
 haud leves oriebantur tumultus inter  
 harum Provinciarum populos, & Gau-  
 davenfes, qui aliunde ad seditiones ex  
 primævo naturæ vitiò admodum pro-  
 penfi erant, sibi que suæ factionis Du-  
 cem elegerant Joannem Imbifium, Vi-  
 rum ambitione tumidum, atque ava-  
 ritia non minus, quam arrogantia in-  
 famem: hi quoque Burgenfes, atque  
 Yprenfes populos ad sua studia pellē-  
 cientes, earum urbium gubernacula  
 factionis suæ hominibus committebant,  
 quod & idem in minoribus Flandriæ  
 civitatibus præcipue Dermundæ, Al-  
 denardæ, & Alofti fecere: postea au-  
 tem Clericorum bonis vel divenditis  
 vel ærario suo adjudicatis milites con-  
 scribunt, monasteria, Ecclesiasque e-  
 vertunt, necnon Religionem Catholi-  
 cam intra ditionis suæ fines penitus e-  
 liminant. (\*) Equidem Bruxellenses,  
 & Ant-

(\*) Ejusmodi seditiosæ, ac sacrilegæ cru-  
 delib

& Antverpienses ad illos quantocius suos Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.  
Oratores ablegabant, sed eorum per-  
tinaciam flectere haud poterant, nec  
majori successu Archidux, Arausionen-  
sis Princeps, atque Ordinum Proceres  
horum rebellium audaciam compescere  
valebant; constanter enim Gandaven-  
ses Catholicis tres illas Ecclesias, quas  
hic

delitates proprius sunt Protestanticæ Religio-  
nis character, prout ipsemet Thuanus l. c.  
Scriptor Catholicis certo non favens, hisce  
verbis testatur: *primarii cives Protestantium  
doctrinæ addicti, quo ferventius suum in pro-  
curando Religionis negotio studium ostentarent,  
nullo non contumeliæ, ac sævitæ genere in sa-  
crum ordinem, ac ceteros Catholicos concives  
suos usi erant, templis passim expilatis, ima-  
ginibus dejectis, Ecclesiasticis urbe pulsis, ac  
bonis injuriose spoliatis, ut nulli minus intoto  
Belgio pacem de nomine suæ urbis promulga-  
tam servarent. Eorum factione superiore anno  
effectum fuerat, ut Proceres plerique in vincula  
trusi essent, & multi etiamnum carceribus in-  
juriose detinerentur: ipsi sive ut privatis cupi-  
ditatibus inservirent, sive ut se adversus tot ir-  
ritatos Proceres, & nobilitatem provincie im-  
primis, cui jam formidabiles esse ceperant, tue-  
rentur, pecuniarum collationes ab Ordinibus  
imperatas recusabant, & jam diu apud se re-  
tinuerant.*

Sæcul. XVI. hic Princeps repetebat, restituere recusabant, minus vero Nobilibus, quos captos abstraxerant, libertatem redere volebant: inde vero innumeri tumultus exoriebantur.

Insuper Alenfonius Dux ad illos Henricum Gussierum Bonnivetum decernebat, qui Ducis sui nomine operam suam prolixè pollicitus peteret, ut dissidia inter ipsos, ac Gallobelgicas provincias exorta arbitrio ejusdem Alenfonii Andegavensis Ducis relinquerent, ac captivos in ejusdem manus traderent: præterea eadem etiam die undecima Novembris Davidsonus Angliæ Regine Orator ad colloquium admissus Ecclesiarum restitutionem, & captivorum libertatem postulabat, Gandavenses hortatus, ut tandem rebus adhuc integris mature in obsequium redeant, & Ordinum decretis, ac Principis Arausionensis, qui ipsorum rebus studebat, consiliis auscultent, & bona Ecclesiasticis restituant, pacem Religionis nupero edicto in favorem Protestantium sanctam recipiant, & captivos loco neutri parti addicto, in potestate nempe suæ Majestatis, aut alterius cautione idonee accepta sistant: verum omnia hæc monita flocci habebantur, quapropter Arausionensis Princeps suarum partium esse arbitrabatur, ut ipse hosce

sedi-

seditiones placare tentaret: ergo die Sæcul. XVI.  
 vigesima secunda Novembris Tene- A.C. 1578.  
 mundam venit, ubi a præcipuis Gan-  
 davenfibus civibus, imo ipsis etiam Im-  
 bifianæ factionis principibus excipieba-  
 tur: poſtea vero idem Princeps Gan-  
 davum contendit, ubi de quibusdam  
 articulis utrinque tranſactum.

§. CXIX.

*Articuli circa Religionem inter Arau-  
 ſionenſem Ducem, & Ganda-  
 venſes initi.*

Hiſce articulis injungebatur, quate- Thuan. l. 6.  
 nus Eccleſiaſticis ſua bona, ac red-  
 ditus reddantur, atque in urbem liber  
 Religionis uſus revocetur, ita tamen,  
 ut I. a Catholicis ſupplicationes, quas  
 per fora publica, & plateas celebrari  
 moris erat, intra templorum limites  
 ſiant. II. Catholici ſacrum Viaticum  
 per plateas ad infirmos, citra pompam  
 tamen, geſtent. III. Feſtis diebus pu-  
 blice operarii artes ſuas non exerçant,  
 nec tabernæ aperiantur, & carnes ve-  
 titis diebus in macello minime vena-  
 les proſtent. IV. Utrinque ab injuriis,  
 & ſeditioſis vocibus, probrisque publice,  
 & privatim, ac etiam in concionibus  
 abſtineatur. V. Utraque pars decretis Ma-  
 giſtratus ſupremi intra, & extra urbem  
 ordi-

Sæcul XVI. Ordinum Belgii jussis obtemperet.  
A. C. 1578. Hisce tumultibus ita sedatis Ordinum  
 sollicitudo in flectendis nobilitatis, &  
 Provinciarum Gallo-Belgicarum ani-  
 mis negotium fuit; quippe illi nullis  
 conditionibus paci Religionis nupero  
 edicto in favorem Protestantium stabi-  
 litæ subscribere volebant, quamvis e-  
 nim ad eos a Matthia Archiduce, &  
 Ordinibus Håurecus Marchio, & Adol-  
 phus Meckerketus ablegati fuerint, ni-  
 hil tamen hi ab eis impetrare potuerunt.

## §. CXX.

*Joannis Austriaci obitus.*

*Strad. l. 10.* Speraverat equidem Joannes Austria-  
*Thuan. l. c.* cus, Hispaniæ Regis auctoritatem  
*Grotius de* intra breve temporis spatium sese re-  
*bello Belgico.* stauraturum: ast pia ejusdem vota li-  
 mul, ac illius vitam invida mors suc-  
 cidit; die enim prima Octobris hic Bel-  
 lidux in suis castris prope Namurcum  
 repentina morte sublatus est, & qui-  
 dem eadem die, qua olim Naupactanam,  
 & TUNETANAM victoriam reportabat.  
 Sepeliebatur cum ingenti pompa, ac  
 magnificentia Namurci in Ecclesia Ca-  
 thedrali, inde vero postea corpus ejus  
 in Hispaniam translatum in Escuriali  
 Monasterio prope sepulcrum Caroli V.  
 Patris sui, cujus nonnisi Nothus erat  
 Filius, deponebatur. Ceterum Joan-  
 nes

nes anno Christi millesimo quingentesi-  
mo quadragesimo septimo Ratisbonæ  
natus, cum e vivis excederet, nonnisi  
trigesimum secundum ætatis suæ an-  
num attigerat.

Sæcul. XVI.  
A C 1578.

§. CXXI.

*Alexander Farnesius Parmensis Prin-  
ceps Joannis Austriaci  
Successor.*

**A**lexander Farnesius Parmensis Prin-  
ceps Pauli III. Nepos, ac Nothæ  
Hispani Regis sororis Filius, cum jam  
antea secundas in Belgico exercitu par-  
tes obtinuisset, in Flandriæ Præfectura  
Joanni Austriaco nuper defuncto suc-  
cesserat, usquedum Catholica sua Ma-  
jestas aliter decerneret: verum Phi-  
lippus de hujus Principis fidelitate, ra-  
risque animi dotibus abunde persuasus  
illum in eadem hac maximi momenti  
dignitate confirmare haud tergiversa-  
batur; nec eum quoque amplissimæ  
spes de hoc Principe conceptæ falle-  
bant; hic enim præprimis summa dex-  
teritate Gallo-Belgicas Provincias sibi  
conciliare, atque immotum, quo hæc  
ad conservandam Religionem Catholi-  
cam, atque tuendum Regis obsequium  
flagrabant, studium in rem suam ver-  
tere satagebat, quamvis ei difficulta-  
tes haud superandæ obitarent, eoquod  
hæc

Strad. l. 10.  
Taan. l. 6.

Sæcul. XVI hæ Provinciæ Hispanis infensæ  
A.C 1578. haud minus in hanc Nationem o-  
 dium, atque averfionem, quam ingens  
 pro Religione, ac Regis fui obsequio  
 studium forent: unde nullum concor-  
 diæ pactum admittere statuebant,  
 nisi prius omnes Hispani milites nullo  
 excepto e Belgio excessiffent: altera  
 vero ex parte Parmensis Dux haud ob-  
 fcure prævidebat, quod dimiffis copiis  
 regiam auctoritatem nullatenus re-  
 ftaurare poffet, cum Gallo - Belgicæ  
 Provinciæ ad compescendos rebelles  
 neceffarium pecuniarum, & militum  
 fubfidium fuppeditando impares effent.

## §. CXXII.

*Religionis negotia in Transylvania.*

*Hift. ref.*  
*Pol.*

**I**nterea ex Religionis diverfitate in  
 Transylvania maximæ oriebantur dif-  
 fenfiones, quibus hoc anno faltem quod-  
 dam remedium opponebatur, cum hoc  
 malum penitus fanari haud poffet; nam  
 quivis fibi pro fuo arbitrio Religionem  
 cudebat, ac impune infulfiffimis opi-  
 nionibus adhærebat: inter ceteros vero  
 Georgius Blandratus, cujus jam fupra  
 meminimus, ad conflanda hæc diffidia  
 plurimum conferebat; perniciofus enim  
 hic Vir, cum Geneva a Calvino ejectus  
 effet, præprimis in Poloniam fecelfit,  
 inde autem in Transylvania afylum  
 quæ-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1578.

quæsit, ubi postea Franciscus Davi-  
dis ejus discipulus impiissimi Arii dog-  
mata innovavit, & præter blasphemias  
doctrinas, quas ipsi Blandratus adver-  
sus Christi Divinitatem inspiraverat,  
insuper ad tanta deliria prorupit, ut  
non modo tres in Deo Personas, nec  
non divinitatem Christo Domino abne-  
garet, sed etiam Christum Dominum  
nec adorandum, nec ullo religioso  
cultu honorandum propugnaret: ve-  
rum Christophorus Batthorius, qui Ste-  
phano Fratri suo in Poloniæ Regem e-  
lecto successerat, ad tuendam Religio-  
nem Catholicam a Jesuitis, quos ma-  
ximi habebat, plurimum excitabatur,  
illisque Claudiopoli, seu Colosvariæ,  
in qua urbe Unitarii ceteris prævale-  
bant, Collegium erexit, hacque in oc-  
casionem præclara suæ Orthodoxiæ spe-  
cimina edens, nullum non movit lapi-  
dem, ut excultis subditorum suorum  
ingeniis quemdam ad Catholicam do-  
ctrinam amorem illis inspiraret, eos-  
que proposita fidei veritate ab errore  
retraheret, sensimque præpediret, ne  
Davididis fraudibus deciperentur.

§. CXXIII.

*Tordense Unitariorum Ministrorum  
Conciliabulum.*

*Hist. Esclæ. Tom. XLIX. Gg Hunc*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

*Hist. Ref.*  
*Pol.*

Hunc in finem Christophorus hoc anno Provinciæ comitia celebrabat in quibus pernicioſa hac doctrina omnino damnata Davididem illius Auctorem unacum omnibus impiæ hujus ſectæ fautoribus proſcripſit: nihilominus adeo providum hujus Principis conſilium graſſantis mali impetum ſiſtere haud poterat, quippe altercationibus exinde inter Unitarios magis adhuc teſveſcentibus Tordæ anno Chriſti milieſimo quingentefimo ſeptuageſimo octavo hi Sectarii conciliabulum habebant ad quod centum, & viginti Unitariorum Præcones convenerant, atque inter eos Davidis Coſovarienſis Miniſtellus ibidem impia ſua dogmata cum ſumma pervicacia propugnabat, & Chriſtum Dominum eſſe adorandum, omnino pernegabat: ceteri quoque Baptiſmum parvulis eſſe neceſſarium perfricta fronte inficiabantur: equidem Blandratuſ nil intentatum, inauſumque reliquit, ut Davididem ad priſtinam opinionem ſuam revocaret: aſt fruſtraneus erat illius conatus, quippe Davidis ſupremi Magiſtri auctoriſtatem arrogans totus in eo erat, ut ſolus omnium animis dominaretur, qua quidem ſuperbia Blandratuſ vehementer exacerbatus omnes adulterinæ reformationis Eccleſias tam in Hungaria, & Tranſſylvan

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

sylvania, quam in Polonia adversus eum concitabat: attamen Davidis, cum ob verborum strepitus neququam animum despondere, minus vero a suis deliriis recedere assuetus esset, omnia probra sibi imputata elusit, ac cunctos, qui sese ei opponebant, ad disputandum provocans plurimos sibi Discipulos conciliabat: cum vero Blandratus sectæ hujus progressus sistere adlaboraret, atque ad exequendum hoc consilium præter Faustum Socinum inter Doctores nullum alium magis idoneum crederet, hinc datis ad eundem literis illum rogabat, ut ad opem ferendam accurreret. Annuit Faustus, hocque anno Tordam venit, ubi Blandratus magis secundum consilii successum sperans Faustum Socinum in ipsa Davididis domo diversari jussit, eo fine, ut ambo singulis diebus unius Mensæ, atque assiduxæ societatis opportunitate uterentur, proin eo facilius Faustus hunc hæreticum revocare, atque ad ejurandos errores suos inducere posset. Verum Faustus Socinus nec ingenii sui acie, nec sua dexteritate, & astutia, nec comitate sua superbi hujus Viri pertinaciam frangere poterat, sed potius summopere mirari licuit, quod paulo post ipsemet Blandratus Davididis errores amplexatus fuerit, qua agendi ratione, cum

G g 2 antea

**Sæcul. XVI.** antea in Transylvania ubiquistarum caput esset, nunc illorum membrum, factus ex genuino Trinitario sese Pauli Samosatani Discipulum professus est, ac Christum Dominum nequidem tanquam hominem eximium præ ceteris hominibus ob suas prærogativas superiorem, ac singulari veneratione dignum agnovit, sed duntaxat hominem ceteris omnino similem, ac nullo alio cultu, quam reliquis omnibus hominibus debito, & communi venerandum propugnavit, ubi non defuere sacrilegæ hujus opinionis Sectatores, ac Ministri, qui eam palam profitebantur.

## §. CXXIV.

*Franciscus Davidis coram Transylvaniæ Principe accusatus*

*Sandius  
Bibl. Anti-  
trinit. p. 56.  
Rossius de  
Athesc.  
Evangelist.*

Verum adhuc plures alii adversus errores adeo horrendos insurgent, eorumque Auctorem e medio tollere decernebant, quamobrem Davididem coram Christophoro Battorio accusabant, quod in regno seditionem conflare, novasque, atque impias in Ecclesia doctrinas spargere moliretur: igitur perceptis accusationum articulis hic Princeps Davididem Decidavanæ archiepiscopi includi jussit, ubi infelix hic homo mœrore, ac reæ conscientiaë stimulis excruciatum in phrænesin, & caninam rabiem

Sæcul. XVI.  
A.C 1578.

rabiem incidit, omnique momento mil-  
le, ac teterrima spectra, quæ ad ipsum  
torquendum præsto essent, se conspi-  
cere arbitratur: porro cum eum suo-  
rum amicorum nonnulli hortarentur,  
ut ad Christi Domini Mediatoris sui  
auxilium confugeret, ipsiusque opem  
apud Deum Patrem suum imploraret,  
hic in furorem actus eisdem reposuit:  
„nunquam invocabo hominem, cujus  
„potestas adeo infirma est, ut sese ab  
„hostium suorum manibus nec præser-  
„vare, nec liberare potuerit: si enim hic  
„invocandus esset, non minus etiam  
„sancti forent implorandi, adeo, ut sic  
„Papistarum sectam profiteri necesse  
„esset.„ Demum inter horrendas e-  
jusmodi blasphemias die decima quinta  
Novembris anno sequenti millesimo  
quingentesimo septuagesimo nono col-  
labentibus ædificii muris oppressus sce-  
leratam evomuit animam, similemque  
vitæ finem ob summam suam superbiam,  
blasphemias, ac frequentem sectæ va-  
riationem omnino promeritus est; quippe  
primo Lutheri, & Sacramentariorum,  
dein Arii, & Tritheitarum hæresi, ac  
demum Samosatænæ impietati nomen  
dedit, quinimo ob nova sua, eaque im-  
pia dogmata quodammodo Judaicam  
superstitionem professus dici potest: tale  
nihilominus monstrum Unitarii in Tran-

Sæcul. XVI

A.C. 1578.

sylvania, velut heroem inter suos celeberrimum deprædicant, ac Sociniani eundem tanquam egregium suæ sectæ Patronum habere gloriantur.

## §. CXXV.

*Davididis interitus, ejusque opera.*

Saud. l. c.

Spond. hoc

ann. n. 17.

Paleol. Con

fess. Jud.

Ecccl. Pol.

pag. 232.

Poffev. sect.

3. cap. 7.

Scriptis Davidis quædam opuscula, atque inter alia præcipue hæc erant. I. Epistola ad Poloniæ Ecclesias circa quæstionem de millenario Christi regno in terris: data erat hæc epistola Albæ Julix Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo: nondum tamen typis excusa prodiit. II. Tractatus de Dualitate in tria capita divisus, cui adjungitur quædam dissertatio, qua ostenditur, quod unus, solusque Deus Israel, Christi Pater, nullusque alius sit invocandus: porro in hoc opusculo, quindecim theses continentur, quæ in Torrensi Synodo fuerant propositæ. III. Alius tractatus unacum adnotationibus in quasdam Blandrati assertiones. IV. Tres Theses, quibus triginta alias Blandratus opposuisse dicitur. V. Libellum etiam edidit, in quo triginta illas Blandrati propositiones impugnat, asseritque, quod Christus Dominus nunc Deus appellari nequeat, ac proin, cum Deus non sit, etiam non invocari valeat; præterea affirmat, quod Lutherus, & Calvi-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

Calvinus de justificatione, & Prædestinatione perperam senserint: insuper loquitur de regno Messiaë, statuitque, quod Prophetæ, qui Christum nobis prædixerunt, non nisi ex conjecturis, ac divinando de eo sermonem habuerint. Sacrilegum hoc opus anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo octavo typis vulgatum est: porro Posselinus testatur, quod idem Davidis sexdecim thesium Author fuerit, atque in earum prima Christum Dominum vere sancti Josephi Filium existitisse affirmavit, in undecima vero tradiderit, quod Christo Domino non alius deferendus sit cultus, quam is, qui eidem præstat per præceptorum suorum observantiam, hæ tamen theses, prout vero simile videtur, non nisi exiguo tempore ante ejus obitum vulgatæ fuerunt. Ceterum Davidis edidit quoque alias quatuor theses Fausto Socino propositas, quibus comprobatum reddere nititur, quod Christus Dominus in nostris precibus non sit invocandus: denique alio scripto ea, quæ Faustus Socinus ad quatuor hæc theses respondit, confutabat, porro postrema duo hæc opuscula in Davididis apologia Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo octogesimo typis excusa publici juris fuerunt facta.

G g 4

§. CXXVI.

Sæcul. XVI,  
A.C. 1578.

§. CXXVI.

Concordia cum Protestantibus in Occidania, & Delphinatu inita.

*Thuan. l. 66. Vie du Connest. de l'Es-diguieres l. 1.* Interea Diguierius Delphinatus Prætor Catholicos cum Protestantibus componere, atque nuperi edicti executionem in Galliis urgere adlaborabat, Bellogardius vero Marescallus, cum frustra pacem conciliare niteretur, Villanovam prope Avenionem secessit. Sub idem quoque tempus datum fuerat negotium Joanni Monlucio Valentiaë carvarum, ubi tunc erat, Episcopo, ut per Septimaniam edicti executionem procuraret, qua de re ille cum Bellogardio, & Simiano Gordio ipse egerat, missoque in aulam Ralieto, ut mandata a Rege acciperet, iis decima tertia Kalendis Martii acceptis Uticam se contulit, ubi Protestantes, ad seditionem promptos offendit, quos habita oratione utcunque placavit, pactumque die quinta Aprilis acceptari curavit, quo sancitum, ut edictum Mense Septembri anni prioris conditum religiose servetur: insuper Laurentius Maugirounus colloquio Buxeti in Delphinatu habito cum Diguierio convenit, ut tandem, donec edictum plene executioni demandatum esset, Protestantes in Delphinatu loca, quæ tenebant, servare



Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

vare possent, illisque duo aureorum mil-  
lia per singulos menses ad alenda præ-  
sidia pro sua defensione a Rege exsolve-  
rentur: id vero, ubi ex ipsius literis in  
aula cognitum est, Regina parens æger-  
rime tulit, & magnum negotio a se a-  
pud Navarræ Regem suscepto præjudi-  
cium fieri rata, apud Regem graviter  
ea de re exostulabat, ac propterea se-  
verius cum Maugirono actum iri pleri-  
que existimavere, sed filii sui favor, qui  
patri præfecturam conciliaverat, eum a  
justa Regis ira protexit. Tandem ve-  
ro Maugironus hanc rem meliori, quo  
potuit modo composuit.

## §. CXXVII.

*Reginæ Matris iter in Aquitaniam ad  
reducendum Navarræ Regem.*

Paulo post Regina Mater in Aquita-  
niam profecta est, eamque comita-  
batur Margarita Regina Navarræ Re-  
gis conjux, quæ ad Maritum suum ac-  
cedendi veniam jam dudum efflagita-  
bat: itaque Regina Burdegalam veniens  
ibidem cum summa magnificentia exci-  
pitur, inde vero quosdam ablegabat,  
qui cum Protestantium Deputatis apud  
Navarræ Regem commorantibus age-  
rent: verum hic Rex ob adversas regni  
sui vicissitudines ad acceptandam pacem  
veluti vi adactum sese cernebat, cum

*Mem. de la  
Reine Marg.  
l. 3.  
Matthieu l.  
7.  
Avila l. 6.*

Gg 5

ad

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

ad bellum gerendum viribus impar esset: nihilominus eodem tempore clam privatas fovebat dissensiones, ratus, quod hæc sensim ad hostiles invasiones aditum pararent, earumque ope ipsemet suam, suorumque fautorum auctoritatem stabilire posset.

Interea Ministri, qui unacum Regina Matre advenerant, necnon Protestantium Ecclesiarum Deputati initium fecere Neracensi colloquio, quod ad potissimam hyemis partem protractum nonnisi postrema Februarii die anno sequenti absoluebatur: mense autem Julio priusquam hoc colloquium inciperet, Curia partim ex Catholicis, partim ex Protestantibus conflata juxta vigesimum secundum Bergeracensis editi articulum Aginni erigebatur. Hæc curia duodecim Consiliariis, & duobus Præsidibus constabat, quorum unus Catholicæ Religionis, alter vero Calvinis sectæ addictus erat, iique nullam sententiam proferre poterant, nisi ex Protestantibus pars tertia Judicum, qui causam exciperent, assisteret: attamen factionum æmulatio necessario in ejusmodi Curia adeo turbida prædominabatur, ut semper, quotiescunque suffragia ferre oportebat, acres exorirentur verborum contentiones, quæ restum justitiæ ordinem interturbabant: unde

unde paulopost adventantibus Deputatis, quos Parisiensis Senatus juxta edictum nominabat, hæc Curia supprimebatur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

§. CXXVIII.

*Bellum inter Catholicos, & Protestantas in Avenionensi Comitatu.*

Cum paci regno reddendæ insudaretur, interea belli furor in Avenionensi Comitatu in apertas erumpebat flammæ, opitulantibus Papæ Ministris, qui Protestantibus quicquam indulgere recusabant: cum autem utriusque partis Proceres hanc ditionem innumeris calamitatibus expositam deplorarent, quosdam Nemausum vicinam urbem ablegant, ut hæc dissidia dirimendi media excogitarentur, ubi diu, acriterque discutebatur, an Protestantibus, prout postulabant, in summi Pontificis ditionibus publicos cætus habendi libertas concederetur, tandem vero die octava Novembris pacificatio sanciebatur, viginti duobus comprehensa articulis, quorum præcipui erant sequentes.

Thu. l. 66.

§. CXXIX.

*Sancitis concordie articulis bello finis impositus.*

I. Nemini propter Religionem molestia fiat, II. Protestantes bonis, possessionibus, ac dignitatibus, a quibus

Thuan. l. c.

Sæcul. XVI. bus ob eam causam dejecti fuerant, re-  
A.C. 1578. stituantur. III. In his, si forte turba-  
 rentur, aut quo minus iis libere uti  
 frui possint, impedirentur, tunc in pos-  
 sessionem bonorum, quæ pontificiæ di-  
 tionis subditi in ditione regia habent,  
 per iudices locorum ad primum postu-  
 latum mittantur. IV. Præter id, quod  
 capite quadragesimo sexto secretorum  
 articulorum Bergeraci anno superiore  
 conventorum cautum erat, & tunc re-  
 petitum est, nunc insuper caveatur, ut  
 Caprarienses, alique vicini ob religio-  
 nis causam olim tantopere exagitati  
 eodem pacis beneficio comprehensi in-  
 telligantur, iisque bonorum ab anno  
 millesimo quingentesimo quadragesimo  
 ablatorum legitima restitutio fiat juxta  
 arbitros, de quibus inter partes conve-  
 niatur. V. Liberum sit cuilibet bona  
 sua vendere, si vero Protestantes bona sua,  
 quæ in Pontificis ditionibus sita sunt, ven-  
 dere velint, tunc Collegia, & Syndici loco-  
 rum, in quibus illa sita sunt, ea præsentis pe-  
 cunia, ac iusto pretio emere teneantur. VI.  
 Protestantes, dum petent restitui, ut a ju-  
 rejurando solvantur, a iudicibus Ecclesia-  
 sticis minime petere obstringantur. VII.  
 De controversiis Protestantium tam ci-  
 vilibus, quam criminalibus non ad pon-  
 tificiæ ditionis iudices, quippe sus-  
 pectos, sed ad Nemausense tribunal, &  
 dum

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

dum appellabitur, ad cameram tripartitam in Septimania a Rege constitutam eatur. VIII. Iudices utrobique non vice regia, sed tanquam a Pontifice delegati judicent. IX. Postremo conventum, ut conditiones a pontificiæ ditionis Ordinibus ratæ haberentur, & jurejurando firmarentur. Juxta hosce articulos jussu, ac mandati Armeniaci Cardinalis, & Dominici Grimaldi, qui provinciæ pontificiæ Rector erat, Ordines pridie Calendis Decembris in Episcopi ædibus Nemausi convenire jubebantur, ubi etiam congregati ea, quæ concluderant, unanimi consensu probaverunt, & insuper, si quidem iis contra iretur, neque Protestantes bonis suis restituerentur, ut hujus Provinciæ Protestantes in bonorum possessionem, quæ Pontificis subditi in Regis ditione habent, ad primum postulatam a iudice regio mittantur. Henricus Rex tanquam pontificiarum ditionum in regno protector, sicuti convenerat, hoc idem Nemausense pactum, cum Ollinillæ esset, ratum habuit, & Papa quoque, qui jam ante biennium de restitutione bonorum per bella, aut in ærario publico adjudicatorum, aut quavis alia ratione Protestantibus ablatorum caverat, novo diplomate septima Idus Februarii anni sequentis ea, quæ hucusque gesta fuerant, confirmavit.

In-

Sæcul. XVI.

A.C. 1578.

Insuper alius adhuc sponfore Dam-  
villa Duce fanciebatur articulus, qui  
tamen adhuc, ne Pontificem ad con-  
ditiones adeo iniquas vi adactum fuisse  
innotesceret, omnino secretus habeba-  
tur, vi cuius conventum, ut Avenio-  
nenses cives ob damna in hoc bello A-  
rausionensibus subditis illata ad farci-  
das eorum ruinas, & Præsidii necessi-  
tatem levandam, mille aureos quoran-  
nis dependerent, quod diu postea ac-  
curate observabatur, hocque pacto in  
Avenionensi Comitatu pax restituta est.

§. CXXX.

*Cardinales a Gregorio XIII creati.*

*Ciacon. in  
vit. Pontif.  
iom. 4. p. 54.*

Hoc item anno die vigesima Februa-  
rii summus Pontifex novem Præ-  
sules Romana purpura decorabat, quo-  
rum primus erat Alexander Riarius  
Bononiensis, Patriarcha Alexandrinus,  
Presbyter Cardinalis titulo Sanctæ Ma-  
riæ in Ara Cæli. II. Claudius Abau-  
me, seu de la Baume in Comitatu Bur-  
gundiæ ortus, & Claudii Domini de  
de Saint Sorlin Velleris aurei Equitis  
Filius Bisuntinus Archiepiscopus, ac  
dein Cardinalis Presbyter tit. Sanctæ  
Pudentianæ, isque Roma absens erat,  
dum Cardinalium Collegio adscribebatur.  
III. Ludovicus II. de Lotharingia Fran-  
cisci Guisii Ducis in Aurelianensi obsidio-  
ne

Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.

ne anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo tertio a Poltrono occisi, necnon Annæ Estensis Filius, ac postea Rhemensis Archiepiscopus, & denique Presbyter Cardinalis, qui titulo caruit, eoquod Romam nunquam accessisset. Hic Torquatus eques Ordinis Sancti Spiritus Blesis comitiorum tempore Franciæ Regis jussu interemptus est. IV. Gerardus Groubroeck ex nobili Geldrensi familia ortus, Episcopus, ac Princeps Leodiensis, Presbyter Cardinalis. V. Renatus Biragus Mediolanensis Franciæ Cancellarius, Vaurensis Episcopus, & Ordinis Sancti Spiritus Eques, qui ad Mensis Septembris exitum regia sigilla abdicavit, eaque postmodum collata fuere Philippo Huraldo Chivernio. VI. Petrus de Deza Hispanus natione Hispalitanus, qui opera Philippi II. Cardinalis creabatur, eoquod idem Rex Petrum amovere vellet a Granatensi urbe, cujus Præfectura fungebatur, nam cum Mondejaro Marchione illius Gubernatore continua fovebat diffidia: itaque primo Cardinalis Presbyter titulo sanctæ Priscæ, ac demum Sancti Laurentii in Lucina, necnon Albanensis Episcopus renuntiabatur, VII. Ferdinandus de Oropesa Hispanus, qui tamen hanc dignitatem recusans suæ repulsæ

ra-

**Sæcul. XVI.** rationes summo Pontifici percriptis.  
**A.C. 1578.** VIII. Carolus de Lotharingia Valemon-  
 tius natione Gallus, ac Ludovicæ Gal-  
 liarum Reginæ Frater Tullenis Episco-  
 pus, atque Ordinis Sancti Spiritus eques,  
 & demum Cardinalis Diaconus titulo  
 Sanctæ Mariæ in Dominica. Deni-  
 que nonus erat Joannes Vincentius Gon-  
 zaga Melitenis Eques, Cardinalis Dia-  
 conus titulo Sancti Gregorii, postea  
 Sanctæ Mariæ in Cosmedin, ac demum  
 Presbyter Cardinalis titulo Sancti A-  
 lexii.

Exeunte hoc anno rursus Pontifex,  
 cum jam sexta vice intra Pontificatus  
 sui annos Sacrum Collegium auxerat,  
 unum Cardinalem creabat, qui erat  
 Casparus Quiroga Hispanus ex Abulensi  
 Diœcesi Alvarezii de Quiroga Filius, qui  
 primo Conchenfis Episcopus, ac postea  
 Toletanus Archipræsul, supremus In-  
 quisitor, & Castellæ Cancellarius, de-  
 mum, licet absens, Cardinalis tit. San-  
 ctæ Balbinæ renuntiatus est.

§. CXXXI.

*Ludovici Lotharingii Guisii Cardina-  
 lis obitus.*

*Ciac. tom. 3.* Sacrum Purpuratorum Collegium hoc  
*p. 796.* anno nonnisi trium Cardinalium ja-  
*Aubery hist.* cturam deplorabat, quos inter primus  
*des Cardin.* erat Ludovicus de Lotharingia Cardin-  
 nalis



nalis Guisus Claudii hujus nominis pri- Sæcul. XVI.  
 mi Guisii Ducis, Comitis Aumaliæ, & A.C. 1578.  
 Ellebovii, Magni Franciæ Camerarii,  
 ac Burgundiæ Proregis, & Antonia Bor-  
 boniæ Filius. Is natus erat Joinvillæ  
 in ditionis Lotharingicæ Principatu die  
 vigesima prima Octobris anno Domini  
 millesimo quingentesimo vigesimo septi-  
 mo, qui anno decimo octavo suæ ætatis,  
 salutis millesimo quingentesimo quadra-  
 gesimo quinto Trecentis Episcopus eli-  
 gebatur, dein vero Albiensis Præsul an-  
 no salutis millesimo quingentesimo  
 quinquagesimo, & demum Diaconus  
 Cardinalis sine titulo a Julio III. Ro-  
 mano Pontifice renuntiatus est anno  
 reparatæ salutis millesimo quingentesi-  
 mo quinquagesimo tertio: postea sub  
 Paulo IV. Ecclesiæ S. Thomæ in Pari-  
 one Diaconus primo, ac mox Presbyter  
 Cardinalis præfuit: ad Archiepiscopa-  
 tum Senonensem anno salutis millesimo  
 quingentesimo sexagesimo translatus  
 Ecclesiam Albiensem, quam antea ad-  
 ministrabat, Laurentio Cardinali regen-  
 dam cessit, elapsoque biennio Senonen-  
 sem quoque Nicolao Pelleveo postea Car-  
 dinali reliquit.

Obtinuit is præter Moissacensem, &  
 Burgoliensem etiam Abbantias Sancti  
 Victoris, & Sancti Germani Antissiodo-  
 rensis, demumque interfuit comitiis

*Hist. Eccles. Tom. XLIX.* Hh Pon-

Sæcul. XVI. Pontificiis, in quibus Paulus IV. Ro-  
A.C. 1578. mæ anno Salvatoris nostri millesimo  
 quingentesimo quinquagesimo nono Pon-  
 tificex Romanus renuntiatus est: anno  
 autem post Christum natum millesimo  
 quingentesimo sexagesimo octavo Ludo-  
 vicus ad Metensem Episcopatum nomi-  
 natus erat, ubi sacro oleo in Rhemenſi  
 Ecclesia tum sede vacante Henricum III.  
 Regem inunxit die quinta Februarii  
 anno Incarnationis Dominicæ millesimo  
 quingentesimo septuagesimo quinto. De-  
 nique Parisiis ob varia negotia subsistens  
 ad Superos sextas Kalendas Aprilis abiit  
 anno suæ ætatis quinquagesimo sexto,  
 Christi autem millesimo quingentesimo  
 septuagesimo octavo. Corpus ejus ad Ec-  
 clesiam Abbatix S. Victoris delatum in  
 Choro Ecclesiæ a latere sinistro majoris  
 Altaris sepultum est.

## §. CXXXII.

*Madrutii Cardinalis Tridentini Epi-  
scopi mors.*

*Ciac. p. 686.* Alter erat Christophorus Madrutius,  
*Jan. Pyrr-* cujus in Concilii Tridentini histo-  
*hus de Episc.* ria frequens occurrebat mentio, ac vul-  
*Trid.* go Tridentinus nominabatur Cardina-  
*Sacchini in* lis, eo quod hujus urbis Episcopus esset.  
*hist. Soc.* Hic Joannis Gaudentii Liberi Baronis  
*Pallav. hist.* de Madrutio, ac hæreditarii Tyrolensis  
*Conc. Trid.* Comitatus Pincernæ, necnon Veroni-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1578.

cæ de Fugger Filius Mense Julio anno salutis nostræ millesimo quingentesimo duodecimo Tridenti primam lucem aspexit, & Bononiæ adolescens literis incumbens habuit studiorum socios Hugonem Boncompagnum, Alexandrum Farnesium, Othonem Truchesium, & Stanislaum Hosium, qui omnes postea ad Cardinalatum evecti sunt: inde vero reverius in patriam primo Canonicus, mox Decanus, & dein annos natus octodecim ipsius civitatis Tridentinæ Episcopus, & Princeps eligitur, quam urbem, & Ecclesiam summa cum laude per multos annos unacum Brixienti, quæ paulo post eidem commissa est, administravit, ubi pietatis, doctrinæ, & magnificentiæ non pauca reliquit monumenta, quæ cum Paulo III. Romano Pontifici innotescerent, die ultima Maji anni millesimi quingentesimi quadragesimi secundi in Presbyterum Cardinalem seligebatur, sed nonnisi quinta nonas Julii anni millesimi quingentesimi quadragesimi quarti Pontificio diplomate, quamvis absens declaratus, & tunc, cum Romam venisset die septima Januarii anni millesimi quingentesimi quadragesimi quinti in publico Purpuratorum Senatu a Pontifice Romana purpura ornatus est, mox vero summi Pontificis jussu Tridentum profectus primæ

Hh 2

Con-

**Sæcul. XVI.** Concilii Tridentini sessioni in propria  
**A.C. 1578.** Ecclesia cum aliis Patribus celebratae  
 interfuit: anno autem millesimo quin-  
 gentesimo quadragesimo sexto Romam  
 a Carolo Cæsare missus, eundem Pau-  
 lum Pontificem Religionis, & amicitiae  
 nomine ad ferendam opem pro bello  
 Protestantibus, qui Germaniam pesti-  
 morum dogmatum falsa doctrina infi-  
 ciebant, inferendo sollicitabat, atque  
 ad Synodum regnante Julio III.  
 reversus sub Pio IV. ad titulum S. Chry-  
 sogoni, & ex eo ad Sanctæ Mariæ  
 Transtyberim translatus, Episcopatum  
 Albanensem primo, & postea Sabinen-  
 sem, mox vero Prænestinum, præter  
 Picenam Legationem prudentissime mo-  
 deratus est: demum Portuensis Episco-  
 pus, sacrique Collegii Decanus nomi-  
 nabatur. Cum vero Roma ob graves in-  
 firmitates suas aeris mutandi gratia Ti-  
 bur proficisceretur, ibidem ætatis agens  
 annum sexagesimum sextum feria se-  
 cunda, nonis Julii anno a partu Virgi-  
 nis millesimo quingentesimo septuage-  
 simo octavo moritur, cuius corpus, quod  
 integrum inventum est triennio post,  
 forma ad Majestatem composita, Ro-  
 mam defertur, & in Ecclesia S. Onuphrii  
 in Madruciae familiæ sacello sine ulla  
 inscriptione sepelitur.

Cete-

Ceterum hic Cardinalis præclaris admodum animi dotibus inclarescebat, præcipue vero summa in pauperes liberalitate, moderatione, ac sani consilii promptitudine eminebat, nil magis, quam altercationem exosus, sique in tanto Viro quicquam crimini dari potest, forte ob nimium erga Carolum V. Cæsarem affectum, quo eidem cæco veluti impetu omni data occasione inservire studebat, reprehendi valeret.

## §. CXXXIII.

*Julius de Ruere Cardinalis mortuus.*

Denique tertius erat Julius de Ruere Francisci Mariæ Ruerei celeberrimi suo ævo Belliducis Filius, die quinta Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto natus, ac postremus filius Matris suæ Honoratæ Hyppolitæ Gonzagæ, quæ Francisci Mantuæ Ducis Filia erat. Is a Guidobaldo Fratrem primogenito, vita jam functo Patre, adolescens pie educatus, & literis imbutus est, atque in ejusdem Guidobaldi gratiam a Paulo III. anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, cum esset annorum duodecim, atque absens, Diaconus Cardinalis nominabatur, reservatus tamen in pectore, & non nisi die nona Januarii anno millesimo quingentesimo quadragesimo

Ciacon. p.  
730.  
Aubery l. c.

**Sæcul. XVI.** octavo in Patrum Senatu promulgatus,  
**A.C. 1578.** Postea sub Paulo III. Julio III, & Pio  
 IV. Umbriæ, & Perusiæ Legationibus  
 honoratus anno post Christum natum  
 millesimo quingentesimo sexagesimo a  
 Pio IV. ad Vincentinum Episcopatum  
 nominabatur, quem tamen ultro Mat-  
 thæo Priulo cesserat, a Pio V, Archie-  
 piscopus Ravennatensis declaratus, ubi  
 usum convocandi Concilia Provincialia  
 ducentorum quinquaginta annorum spa-  
 tio in ea Ecclesia intermissum revoca-  
 vit, ac Clericorum abusus reformavit,  
 urbisque ædificia, palatium præsertim  
 Archiepiscopale restauravit: insuper  
 mores populorum pia castigatione cor-  
 rexerit, ac plurima obsequia suæ Diœcesi  
 præstitit, præcipue in subsidium paupe-  
 rum, pro quibus duo Xenodochia ex-  
 strui curavit, unum pro Viris, alterum  
 vero pro mulieribus. Denique ad Sa-  
 binensem, & Prænestinam Ecclesiam  
 vocatus apud Forosempronienfes feria  
 quinta die quinta Septembris anno Chri-  
 sti millesimo quingentesimo septuage-  
 simo octavo, ætatis suæ nonnisi quadra-  
 gesimo tertio obiit, ac corpus ejus Ur-  
 binum translatum in Sanctæ Claræ æ-  
 dibus terræ mandatum est. Ceterum  
 Julius opes suas summa liberalitate in  
 Templum Lauretanum effudit, atque  
 interfuit quoque sacris comitiis, in qui-  
 bus

bus Julius III. Marcellus II. Paulus IV. Sæc. XVI.  
 Pius IV. Pius V. & Gregorius XIII. Ro- A.C. 1578.  
 mani Pontifices eligebantur. Scripsit  
 etiam quasdam Constitutiones, quæ  
 in bonum Provinciæ Perusinæ, cujus  
 Legatus erat, typis editæ fuerunt.

§. CXXXIV.

*Laurentii Surii Cartusiani fata.*

**H**oc item anno Laurentius SURIUS  
 mortalitatem exiit, qui Lubecæ  
 anno Domini millesimo quingentesimo  
 vigesimo secundo natus Colonix studiis  
 vacabat, arcto amicitix fœdere junctus  
 Landspergio Chartusiano, cujus hor-  
 tatu & ipse SURIUS idem sacrum Insti-  
 tutum Colonix amplexabatur, & vi-  
 gesimo primo ætatis suæ anno sese so-  
 lemni sponsione Deo totum dicabat, ac  
 præprimis Thauleri operibus, aliorum-  
 que Auctorum libris latine reddendis  
 operam navans, postea in unum volu-  
 men plurium Ecclesiæ Doctorum ho-  
 milias colligebat: præcipue vero ingens  
 sibi nomen comparabat, dum collegit  
 Concilia in quatuor voluminibus in for-  
 ma majori Colonix anno millesimo quin-  
 gentesimo sexagesimo septimo typis e-  
 dita: insuper in literariæ Reipublicæ  
 utilitatem Sanctorum vitas sex tomis  
 comprehensas conscripsit, quæ ibidem  
 Coloniensibus literis anno millesimo  
 Hh 4 quin-

Sæcul. XVI  
A.C. 1578

quingentesimo sexagesimo nono, & postea iterato prælo excudebantur, quamvis vero gesta, quæ in ejus collectione recententur, non semper certæ fidei testimonio comprobata videantur, hoc tamen opus Pius V. Papa maximè habuit, editoque diplomate confirmavit. Præterea Surius sui ævi historiam, quam Commentarium nominat, elaboravit, eamque ab anno Domini millesimo quingentesimo incipiens usque ad annum Christi millesimum quingentesimum sexagesimum octavum protraxit, postea vero eadem continuata usque ad annum Salutis nostræ millesimum quingentesimum septuagesimum quartum itidem Colonix edebatur. Denique hic Scriptor, postquam in Religionis obsequium adeo utiliter vitam suam impenderat, placide in suo Ascesterio Colonix die vigesima quinta Maii Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, ætatis vero suæ quinquagesimo sexto animam Deo reddidit.

§. CXXXV.

*Nationalis Calvinistarum Synodus in  
Galliis in oppido sanctæ Fidei  
celebrata.*

Interea Calvinistæ in Francia eodem anno millesimo quingentesimo septuagesimo



gesimo octavo nationale suum Conci-  
 liabulum in oppido sanctæ Fidei Agi-  
 nensis Diæcesis celebrabant, ibidemque  
 permittebant, ut fidei confessio, quam  
 Franciæ regibus obtulerant, mutare-  
 tur, quamvis antea solemniter professi  
 fuissent, quod illam effuso etiam san-  
 guine constanter propugnare velint:  
 cum vero hujus decreti verba omnino  
 notatu digna sint, ea huc referre lu-  
 bet: porro in eo ita loquebantur illi:  
 „Visis, & lectis instructionibus con-  
 „ventus Francofordienſis anno priori  
 „celebrati, collaudamus etiam eorum  
 „propositum, quo omnes Christiani Or-  
 „bis reformatas Ecclesias in sancta uni-  
 „tate puræ doctrinæ, cujus maximam,  
 „ac maxime sanam partem quidam Pro-  
 „testantium Theologi damnare moliti  
 „sunt, conjungere meditentur, quem  
 „in finem nunc approbamus eorum in-  
 „tentionem conscribendi fidei confes-  
 „sionem omnibus Ecclesiis communem:  
 „insuper ratum habemus, quod specia-  
 „tim hujus regni Ecclesias sollicitare  
 „velint, ut eo viros spectatos, & se-  
 „lectos, facultate ampla, & pertra-  
 „ctandi, concedendi, ac cuncta doctri-  
 „næ capita, aliaque quietem, Eccle-  
 „siæ conservationem, purum Dei cul-  
 „tum, atque unionem Ecclesiarum con-  
 H h 5 „cer-

Sæcul. XVI.

A.C. 1578.

*Bossuet hist.*

var. t. 2.

l. 12. art. 19.

pag. 342.

*Aymon Sy-**nod. Nat.**des Eccleses**reform. t. I.*

pag. 126.

Sæcul. XVI. „cernentia decidendi plena potestate  
A.C.1578. „instructos mittant.

Porro hoc consilium ut effectui da-  
 rent, quatuor Deputatos, qui hanc  
 communem fidei confessionem fabrica-  
 rent, decernebant, ampliori, quam  
 Conventus petierat, potestate tam  
 Ministris, quam speciatim a Turrenio  
 Vicecomite concessa instructos: in-  
 super hæc addebant: „Synodus Legatis  
 „potestatem fecit, ut tunc, si confessio  
 „illa in cunctis provinciis examinari  
 „non posset, ipsi pro sua prudentia, &  
 „sano iudicio concluderent, in omni-  
 „bus punctis, quæ sive doctrinam, sive  
 „alterius rei Ecclesiarum pacem con-  
 „cernent. „

Attamen Protestantes Turenium Vi-  
 cecomitem quatuor hisce Deputatis ad  
 consarcinandam hanc fidei confessionem  
 adjugebant, illumque speciatim non  
 alia ex causa nominabant, nisi quod  
 experientiæ testimonio comprobatum  
 haberent, hæc Ecclesias hodie refor-  
 matas nequam uniri posse, nisi prius  
 quoad doctrinam concordia esset stabili-  
 ta: porro cum bella civilia universum  
 Franciæ regnum tunc devastarent, præ-  
 fatus Turenus Vicecomes ætate quidem  
 juvenis, sed prudentia animique forti-  
 tudine provectus nonnisi aliquot ab-  
 hinc annis se gesserat Calvinistarum Du-  
 cem.

cem, apud illos ingens sibi nomen comparaverat non modo generis sui nobilitate utpote præcipuis regni familiis propinquus, sed præcipue summa dexterritate, qua sibi regnante Henrico Navarræ Rege jamjam Tribuni dignitatem emeruerat; quapropter haud mirum, quod adeo vastæ indolis Vir prompte omnes Protestantes uniendi consilium conceperit: quamvis ejus conatibus prosper omnino successus defuerit, eoquod Lutherani, licet una omnes confessiones fidei communi suffragio immutari consenserint, adeo tamen pertinaces suis erroribus inhæserint, ut suas fidei confessiones nullatenus immutari paterentur, sed integras, eademque relinqui peterent, perinde acsi purum Dei Verbum continerent, cui nihil addere, aut demere licet.

Sæcul. XVI.

A.C. 1578.

## §. CXXXVI.

*Parisiensis Senatus sententia adversus  
Natalem Baudinotum Religiosum.*

Cum eodem tempore quidam Ordinis sancti Benedicti Alumnus nomine Natalis Baudinotus ex Monasterio Cluniacensi in sua Thesi, quam in Sorbonnæ Collegio propugnabat, quasdam propositiones Regi injuriosas effutisset, Senatus Regis jussu hunc Religiosum com-

*Argentre  
Coll. jud.  
de novis err.  
t. 2. p. 450.*

Sæcul. XVI. comparere jussit, qui die septima Ja-  
 nuarii ad quæstionem vocatus in Prio-  
 ratu sancti Martini de Campis inclusus  
 est, ibidem hæere jussus, donec  
 aliter de eo decerneretur: cum vero  
 præfatus Natalis Baudinotus, sese a Fa-  
 cultatis Decano eoque supremo pariter  
 Collegii Navarrici Magistro, nomine Pel-  
 letario, necnon a Fabro Syndico, &  
 a Doctoribus Balesdensio, & Huarto  
 sancti Sulpitii Parocho sollicitatum fuisse  
 assereret, hinc ex Regis mandato pari-  
 ter hi quatuor Doctores altera die com-  
 parere jubebantur: die autem octava  
 ejusdem Mensis iisdem auditis, re-  
 gii Ministri eorum responsa excipie-  
 bant. Postea die decima sententia fe-  
 rebatur, vi cujus præceptum, ut præ-  
 fatus Baudinotus adhuc magis exacte  
 interrogaretur, nominatis vero Docto-  
 ribus fuit inhibitum, ne de Parisiensi  
 urbe, ejusque suburbiis excederent.  
 Demum die quarta Februarii quæstus  
 est Rector de quibusdam Religiosis, qui  
 in Theologica Facultate Licentiati gra-  
 dum obtinebant, absque eo, quod fi-  
 dem ipsimet Rectori, & Academiæ ju-  
 rassent, quapropter ut huic corruptelæ  
 remedium opponeretur, comitiis apud  
 Mathurinòs habitis prohibitum est, ne  
 quis Baccalaureus, nedum Licentiatus  
 in ulla Facultate crearetur, nisi Aca-  
 demia

demiæ de data fide, quam vulgo dicunt Scholasticum Juramentum, prius confiterit. Præterea Universitatis Cancellario injunctum, ut huic decreto morem gerat, ac Universitatis nomine in omnes illos, qui sese huic statuto subicere recusabunt, animadvertat.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1576.

§. CXXXVII.

*Continuata Michaelis Bajæ causa.*

Jam ab anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto Michael Bajus, quamvis ob suam doctrinam graves vexationes experiri cogere-  
retur, nihilominus in Universitate Lovaniensi Cancellarius, atque Ecclesiæ Collegiatæ ad sanctum Petrum Decanus renuntiabatur: hac igitur dignitate ornatus, & publice differere obstrictus, orationem in Scholis Theologicis habuit, in qua demonstratum ibat, quod omnes Episcopi suam jurisdictionem a Deo *immediate* recipiant, insuper cum in quadam exercitatione dixisset, quod ex his Christi verbis: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, non clare consequatur, quod Romanus Pontifex in suis definitionibus non possit errare: Laurentius Westerhove, majoris Collegii Moderator utramque hanc propositionem adeo iniquo tulit animo, ut eam non abiurdam modo, sed & scandalo-*

*Bajana*  
*Mi-pag. 203.*

*Luc. 22.*  
*v. 32.*

*Sæc. III. XVI.* dalosam pronuntiaverit: ut igitur se  
*A. 578.* suamque hanc propositionem ab hujus-  
 modi censura vindicaret Michael Bajus,  
*Bajan. t. I.* confestim eodem anno millesimo quin-  
*p. 471. 481.* gentesimo septuagesimo sexto scripsit  
*§ 488.* Tractatum circa quæstionem hanc: Ut-  
 rum ex præcitis Christi verbis clare, ac  
 certo arguatur quod Romanus Pontifex  
 in definiendo ea, quæ sunt fidei, errate  
 minime possit, ubi speciatim demon-  
 strare nitebatur, quod sensus, quem ille  
 hisce Divi Petri verbis affingebat, con-  
 sonus esset sensui per traditionem con-  
 probato: præterea etiam ostendit, quod  
 Westerhovii dogma Univerlitalis Lo-  
 vanientis doctrinæ adversetur, cum illa  
 nonnisi sacrae Scripturæ, & Ecclesie  
 Patrum doctrinam in suis Scholis tra-  
 dat: arguebatur quidem Bajus, quod  
 in concinnando hoc tractatu pervertit  
 foverit consilia, verum si ejus doctrina  
 circa hunc articulum fuit orthodoxa,  
 quacunque demum intentione ad eam  
 propugnandam fuerit incitatus, id huic  
 operi nocere non potuit: nihilominus  
 Westerhovius hunc tractatum confute-  
 bat, rursus tamen eidem respondit Ba-  
 jus, sed nonnisi aliquod hujus respon-  
 sionis fragmentum adhuc existat.

§. CXXXVIII.

Sæcul. XVI  
A.C. 1578.

*Baji altercationes cum Marnixio  
Sanct - Aldegondo.*

Cum hæc contentio fervere cœpisset, *Bajan. t. I. pag. 235. & t. 2. p. 204.*  
simul etiam Bajus cum alio quodam adversario in arenam descendere cogebatur. Hic erat Philippus Marnixius Sanct - Aldegondus Calvinistarum sectæ additissimus, qui armis potius, quam calamo idoneus ad Bajum plures quæstiones circa S. Paginas, Ecclesiam, necnon circa hæc verba Christi Domini: *Hoc est Corpus meum* transmisserat, ac de Ecclesia sequentes proponebat quæstiones.

I. *An Ecclesia, ejusque constitutiones, seu traditiones nullum habeant principium aliud, nisi consuetudinem eorum, qui se profitentur Romanam sectari Religionem, quam vocant catholicam?*

II. *An hoc principium, si quod aliud est, constet pagina sacræ Scripturæ sola?*

III. *An Ecclesia tribuat auctoritatem verbo Dei, an potius verbum Dei, Ecclesie auctoritatem, atque regulam conferat?*

Insuper alias quæstiones movit circa Eucharistiam, & quidem. I. *An hæc Christi verba, hoc est Corpus meum, contineant propositionem identicam, atque idem significantem, quod: corpus meum est corpus meum? An vero attributum corporis, attribuatursubjecto significato*  
per

Sæcul. XVI. A.C. 1578. *per pronomen, hoc, tanquam diverso a suo attributo? II. Et si attribuitur tanquam diverso, an attribuatür substantiæ, ita, ut hæc verba (hoc est corpus meum) idem significant, atque hoc est substantialiter, ut ita dicam, corpus meum? an potius attribuatür sacramentaliter, ita, ut ea verba nihil aliud significant, nisi hoc est sacramentaliter corpus meum, seu, corpus meum dicitur de hoc, quod vobis do, plane ut Sacramenta dicantur de rebus, quas significant, & sua institutione demonstrant, quemadmodum Augustinus in libello de Doctrina Christiana docet, Sacramentum fidei fidem esse, & Sacramentum corporis corpus, & Sacramentum fœderis fœdus, & Sacramentum verbi Dei ipsissimum verbum Dei, non quidem substantia; sed usu, institutione, repræsentatione, ac significantissima exhibitione ante oculos fidei.*

III. Quo argumento doceatur, vocem *EST* in hac circumstantia significare substantialitatem? liceat enim ita loqui.

Ceteræ omnes præfati hæretici quæstiones ferme in idem reincident, quibus has voces, *hoc*, & *est*, explicari petiit.

*Resp. Baji  
ad Max. t. I.  
pag. 239.*

Mota hac controversia Bajus equidem propitiam nactus esset occasionem, qua suam eruditionem, necnon suum studium erga Romanæ Ecclesiæ doctrinam ostendere potuisset: verum Bajus hac



Sæcul. XVI,  
A.C. 1578.

hac occasione pessime utebatur; quippe Marnixio adeo non animi sui cæcitatem depulit, aut illum ad veræ Ecclesiæ finem, prout se jactitabat, revocavit, ut potius per sui responsi imbecillitatem eundem magis in suo errore firmaret, ac semetipsum difficultatibus implicaret, quæ ejus causæ plurimum nocent; quippe quidam ex Ordine Fratrum Minorum nomine Franciscus Horantius huic disputationi sese ingerere cogebatur; cum enim Bajum tunc Lovaniensem Cancellarium Protestantibus victas manus dedisse cerneret, ipse ejus responsionem aggrediebatur, illamque confutabat, prout in Historiæ progressu memorabimus.

Ferventibus adhuc hisce altercationibus cum Aldegondo habitis Bajus Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo octavo in Lovaniensi Universitate Defensor privilegiorum nominabatur, atque hoc munere novis etiam honoribus auctus est: porro paulopost nova apologia sententias, quas suis scriptis contra Marnixium insperfit, vindicare nitebatur, simulque die decima nona Julii tractatum suum de communionem sub utraque specie perfecit. Fertur quoque, quod tunc suo etiam opusculo de Ecclesia ultimam manum admoverit.